

Y c
7315





[Handwritten text, partially visible on the right edge of the page]



von der Egl. Univ. Prag v. Voigt Effigies - Bohem. ¹⁷⁷⁶
1774 v. G. v. d. r. Hoff. Jun. H. Sigthold v. Osnaabr.
1774 de Sicean in Böhm. v. Hoff. Karl V. v. zyl. Anst.
1780 für 2 Fragt Prof. J. v. d. Hoff. Naumb. v. d. Lan-
ano. d. d. Hoff. Profess. d. d. Hoff. mit Just. Hoff. d. Lan-
v. d. Hoff. Hoff. v. d. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff.
v. d. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff.
v. d. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff.
v. d. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff.
v. d. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff. Hoff.



SCRIPTORUM INSIGNIUM,
QVI IN CELEBERRIMIS,
PRÆSERTIM

LIPSIENSI,
WITTENBERGENSI,

FRANFORDIANA AD
ODERAM

ACADEMIIS,

A fundatione ipsarum, usque ad annum
Christi 1515. floruerunt,

CENTURIA,

ab

AUCTORE EIVS TEMPORIS ANO-
NYMO CONCINNATA,

nunc vero

IN LUCEM EDITA,

à

JOACHIMO JOHANNES MADERO,

HANNOVERANO

06) 0 (90

HELMÆSTADI,

Typis & sumptibus HENNINGI MVLLE

ACAD. IVL. TYP.

Anno MDCLX.

Nf 7315



D. O. M.

MEMORIAEQVE

SERENISSIMÆ CELSISSIMÆQVE
PRINCIPIS AC DOMINAE,
DOMINAE

ANNÆ SOPHIÆ,
EX ELECTORALI

SERENISSIMORUM MARCHIONUM BRAN-
DEBURGENSIUM STEMMA-
TE PROGNATÆ,

DUCI BRUNSVICENSIVM ET LY-
NEBURGENSIUM VIDUÆ,

HEROINAE VLTTRA SEXVM IN-
COMPARABILIS,

ADQVE

EXEMPLVM



GLO.

GLORIOSISSIMORVM MAIORVM
IOACHIMI I.
ELECTORIS BRANDENBURGICI,
TVM

FRIDERICI I.
COGNOMINE BELLICOSI.

EIVSQVE PRONEPOTIS

FRIDERICI SAPIENTIS,
SAXONIAE ELECTORVM,

INCLYTARVM ACADEMIARVM,

FRANCOFORDIANÆ AD
ODERAM, LIPSIENSIS, ET
WITTENBERGENSIS,

FVNDATORVM MVNIFICENTISSIMORVM,
SCHOLÆ

SOPHIANÆ,
QUÆ SCHENINGÆ
EST,

FVNDATRICES BENIGNISSIMÆ,

):(2

SVPE:

SUPERIORIS ANNI, MENSE UL-
TIMO, ÆTATIS VERO
ANNO LXII

CVM INSVPER

SINCERA PIETATE DEVM, HOMINES-
QVE MAXIMIS, CLARISSIMISQVE
VIRTVTIBVS SVIS,
DEMERSISSET,

PIE IN DOMINO DEFVNCTAE,

HANC,

EXDICTIS PRÆCIPVE ACADEMIIS,

VIRORVM ILLVSTRIVM
CENTVRIAM,

E TENEBRIS IN LVCEM
PROLATAM,

DICAT CONSECRAT-
QVE,

CEL.

CELSISSIMVMQVE,
ET NVNQVAM SATIS LAVDATVM
NOMEN EIVS,

ETIAM HOC,
SI FIERI POSSIT,

PACTO,
IMMORTALITATI
COMMENDAT,

TAM GLORIOSI IN PERPETVVM
NOMINIS

CVLTOR DEVOTISSIMVS,

IOACHIMVS IOHANNES
MADERVS,

SCHOLAE SOPHIANAE
RECTOR.



DC 3

IOA.



JOACHIMI JOHANNIS MADERI

AD

LECTOREM BENEVOLV M

PRAEFATIO.

Tta est, BENEVOLE LECTOR, ut *disertissimus ille Romuli nepotum, quodam loco verissime scribit: Brevis vita data est, at memoria bene reddita vita sempiterna: quae si non esset largior, quam haec vita, quis esset tam a-* mens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamque contenderet. Atque hoc non latuit Heroas istos, qui vel ab orbe condito illius stimulis concitati, ejusmodi labores domi militiaeque susceperunt, quos propter non unius diei vel anni gratulatione, sed aeternitate prorsus immortalitateque sunt donati: quorum catalogum ut hic texam, nunc non patitur instituti nostri ratio. Certe haec etiam mens fuit Serenissimae Celsissimaeque Principi ac Dominae, Dominae ANNÆ SOPHIÆ, ex Electorali Stemmata Brandenburgico prognatae, Duci Brunsvicensium & Lynenburgensium viduae, Dominae meae, dum vivebat, clementissimae, cujus gloriosum nomen huic opusculo lubens meritoque praefixi: cum tot monumentis omni laude majoribus post se relictis abunde testatum fecit, se non cupere cum vitae tempore nominis sui commemorationem dimittere, sed eandem potius cum omni posteritate adaequare. Quod enim in IRENE Imperatrice, Johannis Comneni Imperatoris Constantinopolitani castissima virtutis que studiosissima uxore, historiæ

historiæ suæ libro I. quam maxime commendat *Cinnamus*,
Grammaticus ejus temporis regius: *Quicquid sive mariti Im-*
peratoris liberalitate, sive ex regia fortuna (erat enim Panno-
niæ Regis filia) *fructuum habuit, neq; ad liberos hæredes trans-*
misit, neque ornatu superfluo aut luxu insumsit, sed, more per o-
mnem vitam servato, in subsidia illorum, qui quodcumque demum
ab ea peterent, largiendo & benefaciendo erogavit, atq; in nomi-
ne Omnipotentis scholam Byzantij erexit, elegantia & mole nulli
vel celeberrimarum secundam: id summo jure de ejus Serenita-
te quoque possis prædicare; ut pro SOPHIANA tantum-
modo SCHOLA sua, amplissimaque insuper, qua eam lo-
locupletavit, dote, si infinita alia ejus, in publica commoda,
& SCHENINGAM suam, merita, silentio præterire ve-
lis, dignissima plane sit, cujus Celsissima Virtus in hominum
gratorum memoria altissimis de fixa radicibus, nullo unquam
tempore labefactetur, sed ad seros usque nepotes, quantum
ejus fieri potest, quam fidelissime propagetur. Nec aliter ani-
matus fuisse credo hos ipsos, quos jam ex intervallo in lu-
cem profero, inclytarum Academiæ SCRIPTORES
ILLUSTRES, qui, etsi forsan pro temporum, in quæ inci-
derunt ex parte, infelicitate, eo usque pertingere non potue-
runt, ut erudito huic seculo nostro usque quaque valeant satis-
facere, nihilominus tamen sua laude non sunt privandi, cum
omnem vitæ suæ cursum in corporis animique labore ac con-
tentione non aliam ob causam videantur confecisse, quam
quod amplissimum virtutis præmium, gloriam scilicet, tan-
quam debitam mercedem, pro ipsdem desiderarint. Codex,
unde eos excerpere mihi datum est, quandoque fuerat Mat-
thia Flacii, Centuriarum Magdeburgensium supremi archite-
cti, & in omni historia versatissimi viri, qui, nescio quo fato ad
eam jam fortunam devenerat, ut, nisi ego ipsum una cum aliis
non vulgaribus MSSis libris liberali asservissem manu, brevit
forte:

forte *thuris piperisve*, ut cum *Martiali* loquar, factus esset *cus-*
cullus. De auctore vero ejus nihil aliud affirmare habeo, quam
quod tamen ipse ex præfatione ejusdem poteris animadvertere.
Liber de ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBVS,
quem se legisse, & cuius occasione se, quicquid hoc scripti est,
concinnaſſe fatetur, non alterius mea opinione fuit, quam
Iohannis TRITHEIMII, ut hunc ipsum inspicienti, constare
tibi facillime potest. Quod si hoc studium nostrum minime
Tibi displicere cognoverimus, est & alia nobis Centuria in
promptu, à *Monacho* quodam *Hildesheimensi* ipsi Tritheimiano
edito codici annexa; tum quamplurima alia *MSSta Chronica*,
Monasteriorum Fundationes, & *Diplomata* varia, Germaniæ an-
tiquitatem non parum illustrantia, partim à Viris celeberrimi-
s, earumque rerum intelligentissimis liberaliter nobiscum
communicata, partim propria cura atque industria à me con-
quisita atque congesta: modo sit ex Typographis quispiam,
qui in rem tam salutarem ac necessariam & laborem & sum-
tus impendere non gravetur. Id quod tuo, LECTOR AMI-
CE, studio atque favore nos consecuturos speramus, qui Te
Dei tutelæ ac patrocinio quam diligentissime commenda-
mus.



PRÆFATIO AUCTORIS.



*Um jam pridem ex florido Lipzensi Gymna-
sio, partim inclementia cœli, partim conta-
gionis metu, plerique abessent; ipseque, quod
jam tabida lues in limine sederat: fugam mo-
litus patrias redire in oras; per mensosq; V do-
nis nemore, unde mihi origo est, per virides Mogoni ripas Her-
bipolim usq;, urbem omni venustate conspicuam, & in ades-
tuas divertissem: venerat, ut sit colloquentibus, in manus li-
ber adhuc incudes officinamque sua novitate testatus, **DE
ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBVS** à ter-
go inscriptus. Cujus cum unam atque alteram laxandi ani-
mi gratia membranam volveremus: multos siquidem clarif-
simos, dignos profecto immortalitate, plerosque vero adhuc
supera vescentes aura, nobis non ignotos offendebamus. Quos
cum ultro citroque licitantes, dissimili penitus merito, in-
geniisque longe disparibus, simili tamen immortalitati, ad-
scriptos comperiebamus, plerosque etiam è Lipzensi Gym-
nasio tam olim, quam modo, literis præclaros, ac de Christi-
ana republica bene meritos, minime designatos miraremur;
displicuit res primum, ac, ut in talibus fit, manca videba-
tur tot illustrium transitione virorum editio. Verum ubi
summū atque imum excusationis auctoris cepissemus, humanæ
imbecillitati, non livore, sed ignoratione rerum externarum,*

A

tantos

tantos prætermittenti, uterque sumus assensi. Hoc unum
concordi adjicientes sententia, quod, qui priscorum illustria
ante oculos ponerent monumenta, illi lucem quandam ac ju-
bar suis scriptis adjicerent posteritati; in quo, quantum ma-
jores ingenio præclarisque lucubrationibus præstitissent, eo
nobis limpidius videndum, quo desidia luxuque vacui, pari
industria præclara eorum imitati facinora, immortalem cum
ipsis gloriam, famam, decusque perenne, pararemus. Atque
ex adverso qui dediti ventri, somno, turpissimæque corporis
parti, vivax ingenium desidia luxuque marcessere sinerent,
quantum vis fulvo auro, gemmis, argentoque conspicui Li-
bycas gazas cum regibus misceant, etiamsi domos Ethrusco
more cæli struant ad axem, nisi quoddam majorum instar in-
genii monumentum reliquerint, ipsi se turpe ac incognitum
exigere ædum, lethæisque se obrui undis, liquido conspiciant.
Eaque propter venerandum hunc Ecclesiasticorum Scriptorum co-
servatorem nil temere, nil futilis, sed rem humano commercio omni-
um commodissimam struxisse. Quippe qui hoc catalogo claros pro-
meritis extollat; temporis incuria collapsos vendicet; Theuiones,
quorum item plurimi ingenio valere, illustribusque monumentis po-
steritati se quam longos commendarunt in annos, barbara incuria ob-
rutos, adolescentiæ nostræ velut exemplar proponat emulandæque
virtutis argumentum: ignavos majorum gloria castiget, ac jam fa-
cinoris boni quicquam meditantes, ad motis calcariibus in clariora per-
ficienda compellat. Ita enim in literariis illis studiis ad immortalita-
tem animos esse erigendos propositis majorum vase factis; ut apud
priscos Marzialibus illis sacris, ac concionalibus laudibus, tirones, ipsaque
Marta juventu illæta, ad bellica pericula traheretur: Spartanos non ne-
gligendo, qui longe diversis & in sacris, & in conviviis, ad bellicam laudem
virtutem parandam juventutem concitabant.

CATA-



CATALOGVS

ILLUSTRIUM SIVE ECCLESIASTI-
CORVM SCRIPTORVM, QVI IN
LIPZENSI ACADEMIA

à fundatione studij usque præsens ad ævum &
doctrina & moribus lucubrationi-
busque claruere

INCIPIT FELICITER.

JOHANNES MONSTERBERG natione
Slesius patria Monsterbergensis, disciplina Lipzensis.
Majoris Collegij ibi Collega, vir sane modestissi-
mæ gravitatis, in liberalibus totaque Philosophia
apprime doctus. Qui ubi in Studio *Pragensi* magno cum au-
ditorum proventu multa & in Philosophia & vario genere
scibilis docendo legendoque summam gloriam assecutus es-
set, adeoque in scholasticis emereret, ut facile *Pragensium*
magistorum princeps existimaretur; grassante schismatica
Hussitarum tabe, maximam *Pragensis* studij magistorum scho-
lariumque catervam secum educens, in urbem *Lipzensem*, illuc
nove institutam fundamina jacturus, se contulit, ubi & pri-
mo Rectoratus officio functus, sub choro D. Nicolai in pace
quiescit. Hic cum in Theologia, quam profitebatur, immo-
dicæ esset doctrinæ, ac in cæteris scientiæ exquisitæ, nonnul-
la eruditissimi ingenij monumenta reliquit, quibus se nomen-
que suum posteris memorandum: de quibus subscripra su-
perextant: *+ 14/15.*

A 2

In sen-

In sententias lib. iv.

Commentariorum veteris lib. i.

Comment. Novæ Logicæ, lib. i.

In proprietates Logicas. lib. i.

Orationes ad Clerum plures. & magistrales quæstiones non modicæ.

Claruit in institutione Studij Lipzensis, anno Domini 1409. sub Alberto Imp. Romanorum & Alexandro PP. V. quod & impense Studium consummavit. Epitaphium ejusdem:

*Ille ego qui pridem Pragensi latus in urbe
Ingens Theologus, Doctor & artis erans,
Quique prior studij posui fundamenta Lipsi,
Hic jaceo cœni carne sepultus humo.*

II. NICOLAUS STOR, natione Slesius Lignitzensis, disciplina Lipsensis, Majoris Collegij ibi Collega, vir literis indulgentissimus, ingenio præstans, eloquio facundus, in Philosophia & Dialecticis singulariter doctus, & in Theologicis difficultatibus nulli suo tempore posterior. Hic cum in Pragensi Studio multos in Dialecticis aliaque Philosophia scholasticos labores cum auditorum proventu perfecisset, & adolescentibus nonnulla Grammaticæ rudimenta scripisset, tandem Theologiam professus, cum in eadem multos annos cathedram ingeniosissime administrasset, moritur in Lipsensi Studio, relictis aliquot sui ingenij monumentis, apud multos Clericos vehementer admiratis appreciatisque: de quibus superextant quæ hodie apud nostros volvuntur:

Super summas conclusionum, lib. i.

Super canone Missæ, lib. i.

Super veteri arre commentariorum lib. i.

Orationes ad Clerum lib. i.

Sermonum ad vulgum. lib. i.

Aliaque plurima, quæ temporis injuria collapsa disparent.
Claruit

Claruit autem in Studio *Lipzensi* anno Domini 1411. sub Imperatore *Sigismundo*. Sequitur ipsius Epitaphium:

*Rumbus eram quondam toto notissimus orbi
Et me fluminibus Lipzis tulit ecce suis.
Cumque magistrati tandem donasset honore,
Clauferat hoc tumulo, dum meo fata tuli.*

HENRICUS LUR natione *Misnensis*, patria *Kirchbergensis*, disciplina *Lipzensis*, ingenio acer, laboris patientissimus, in trivialibus undecunque doctissimus, & in reliqua Philosophia abunde peritus. Hic post magisterij insignia multos uberos labores scholasticos egit, quibus nostri Studij cunctis peracceptus charissimusque: ac non modicæ opinionis extiterat. Reliquit sui monumentum ingenij aliquod non ignave; Commentariorum libros à se editos, quibus se memorandum emeruit; De quibus superextant:

Super Donato minori lib. 1.

Super Porphyrio lib. 1.

Super *Ἐπεμνησίας* lib. 1.

Super proprietatibus Logicalibus lib. 1.

Super Philosophia cursum

Super Metaphysica cursum.

Claruit *Lipzis* anno D. 1436. Rector Studij. Epitaphium ejusdem.

*Si patriam queras Kirchberg Henricus ab urbe,
Lur vocor & vivans his studii, ecce, scholis.
Sed postquam ex vivis fati sum parcere jussus,
Hoc voluit templo corpus habere locum.*

NICOLAUS SMYLA W natione *Saxo*, patria *Hamburgensis*, disciplina *Lipzensis*, Collegij principis inibi Collegiatus, Vir in Philosophia utcunque perdoctus. Qui post susceptum magisterium aliquot laboribus scholasticis apud *Lipzenses* peractis, cum in juribus insignia ingeniose emeruisse,

A 3

isset,

isset, in urbem *Romanam*, *Basilienseque* consiliū, causarū
patronum se transferens, multis ibidem annis perstitit. At
rediens fruge melioris vitæ, *Monasterium Bergense* juxta
Magdeburg subiit, ubi tandem non sine aliorum ædificatio-
ne in pace quievit. Extant ejus, quibus se memorandum
posteritati reliquit, opuscula nonnulla.

Super editionem *Donati*, lib. 1.

In proprietates terminorum lib. 1.

Exercitium pro adolescentibus. lib. 1.

Majusculus codicillus.

Epistolæ ejus & orationes habitæ, aliaque plurima. Claruit
autem apud *Lipzenses* Anno Domini 1453. Rector Studij.

V.

JOHANNES HEBERER, natione *Franco*, pa-
tria *Babenbergensis*, disciplina *Lipzensis*, Collegij principis Col-
legiatus, vir in civilibus forensibusque actionibus non tam
prudentissimus, quam in omni Philosophia præclare erudi-
tus, Jurium Studij nostri defensor acerrimus. Hic post ma-
gisterij artium insignia, non nihil scholastici laboris cum
scholarium proventu, quam perspicacissime peregit; de quo-
libet disputavit; & assumpto Theologicæ professionis docto-
ratu non tam in cathedra profundus, quam ad vulgus orna-
tissimus fuit; adeo consilijs emunctus & rebus gerendis expe-
ditus, ut eum *Nürenbergenses*, quoties suis fruerentur consulta-
tionibus, publico stipendio conducerent; Episcopus quo-
que *Bambergensis* in senatum accersitum, Præpositura *Forche-
mensi* donaret; Extant ejus adhuc ingeniose inventa ac lucu-
lentissime pronunciata; De quibus subjecta feruntur:

Sermonum ad vulgus liber ingens

Sermonum ad Clerum lib. 1.

In sententias lib. 1.

Orationum lib. 1.

Epistolæ ad diversos innumeræ.

Alia

Alia quoque, quæ partim temporis injuria collapsa, partim
subtracta è medio, feruntur, cum penes *Lipzenses* non evola-
verint. 1452.

JOHANNES WEISSE, natione *Saxo*, patria VI.
Rostokensis, disciplina *Lipzensis*, vir rarissimæ laudis, Juriscon-
sultus exquisitus; Philosophus perspicacissimus, acerrimus
disputator; in Theologia nulli ævo suo postremus. Hic cum
post artium & Philosophiæ insignia, quæ in tribus Univer-
sitatibus, *Grippensi* *Valdensi* *Rostokensi*, & *Lipzensi*, respondendo
emeruit, non paucos annos cum maximo auditorum proven-
tu per omnem Aristotelicam palæstram decurrisset, appli-
cuissetque Iuridicæ disceptationi, in qua lauream adeptus:
ad *Basileense* se contulit consilium; ubi quadriennio confi-
stens, multarum rerum patronus & actor, reversus ad The-
ologiam divertit, atque in ea quam breviter coalitus, infi-
gnijs susceptis, mirum in modum scholasticis subtilitatibus
quam uberrime cathedram rexit. Scripsit post multos,
(quos toto vitæ spatio in *Lipzensi* Gymnasio legendo crudi-
endoque adusque oculorum capturam perfecit) opuscula
multa, quibus se immortalitati non injuria donavit. Reliquit-
que clari ingenij liquida monumenta quæ super extant, apud
multis officinam expectantia; non indigna profecto ære pe-
renni.

Commentariorum in *Aristotelem* &c.

Super *Ethicorum* lib. x.

Super veteri arte, commentarium unum.

Super proprietatibus, liber majusculus

Chronicarum lib. iv.

De cruore *Welfiaci* lib. i.

De neutralitate consilij, lib. i.

Quæstiones magistrales lib. i.

Super *Psalterio* in quadruplici sensu volumen magnum &
dignis

dignissimum. Recommendationes & Orationes ad Clerum plurimas. Claruit autem Rector Studij 1443.

VII. PETRUS HERPH natione *Bavarus*, patria *Schönauvigiensis*, disciplina *Lipzensis*, vir præstans ingenio, disputator acerrimus. Hic cum aliquamdiu *Lipzensis* Studij pædagogium cum scholarium profecturexisset, ubi de *Friburgensi* Studio in *Prisgaudia* comperit, illic prima jacturus fundamenta, cum plerisque scholaribus illac se contulit: ubi si quid ediderit, quod quidpiam fore non ambigimus, disperijt, nec ad nos pervenit. Claruit autem in Studio *Lipzensi*, anno Domini, 1452.

II. THEODORICUS KOLBERGA, natione *Saxo*, patria *Kolbergensis*, vir gnarus & studiosus. Hic post magistrum nonnullis laboribus scholasticis aliquamdiu apud nos actis fama tantum illuxit, ut in *Gripsvvaldense* Studium erigendum, corrigendum, accerferetur. Quo ubi pervenisset proprijs expensis pædagogium inibi extruxit. Scripsit in scholasticis multa, quæ alio translata apud nos non comparent, quare ea missa facio. Claruit *Lipzs.* anno 14 - - -

IX. JOHANNES PRESRAWIZ, natione *Prutenus*, patria *Elbingus*, disciplina *Lipzensis*, Collegij principis inibi collegiatus, vir in omni disciplinarum genere cumulatissime versatus; eloquio disertus, ingenio perspicax: in omne paratus, sive scholastica palæstra decertandum, sive ad vulgus concionandum foret. Quippe qui, cum post capella artium magistrum insignia paucis suæ ætatis secundus esset, artes Philosophiamque percipiendo, erudiendoque summo cum *Lipzensis* adolescentiæ proventu, laudem maximam dignam factis emeruit. Demumque ad Theologiam applicans, suis sermonibus acutisque disputationibus clero populoque accommodatissimus habitus est. At multis ultro citroque ingeniose lectis scriptisque susceptis magisterii in
The-

Theologia insigniis, Zelo uberioris vitæ ad *D. Prædicatorum* ordinis conventum *Lipzensem* subiit. Ubi multo quam antehac scholasticis concionalibusq; operibus perfectis diem clausit extremum. Ejus autem, quibus nomen suum cum gloria immortalitatis ad posteros transfudit, opuscula subnexa ista referuntur, & exstant revera hodie apud multos.

Commentariorum

In libros *Physicorum* libb. viii.

In de anima, libb. iii.

Super veteri arte, lib. i.

Super nova *Logica* lib. i.

Super Donatu puerorum, editio una.

Super parvulo *Logicæ*, lib. i.

Præceptiones Rhetoricæ, lib. i.

Contra *Waldenses*, tractatus unus.

Super *Canonica Petri*, lib. i.

Super *Canonica Johannis*, lib. i.

Orationes ad Clerum & Sermones ad vulgus innumeri, quo genere potissimum valuit: quæ hodie apud plerosque non modico pretio tenentur. Claruit Rector Studij 1482.

JOHANNES RATISBONA natione *Bavarus*, patria *Ratisbonensis*, disciplina *Lipzensis*, majoris Collegij Collegiatus, vir gravis & spectatus, ingenio acuto, eloquio disertissimus, scholastici laboris supra modum patiens: In liberalibus Studijs & Philosophia sufficienter doctus, & Theologus consummatissimus, in eademque acerrimus disputator. Hic cum post capeffa magisterii insignia aliquot labores non ignavos in scholasticis perfecisset, sua industria & nominis claritudine à *Principe Saxonie* recognitus in urbem mittitur, ordinique Senatus, qui juratus, asciscitur, donatus præbenda *Misnensi*. Tandem rediens Kathedram Theologiam non sine ingenti auditorum proventu quam uberrime rexit:

B

in quâ

X.

in quâ per otium, cum carmine promptissimus & oratione non illepidus esset, in utroq; genere nonnulla quam pulcherrime descripsit, quibus se nomenque suum immortalitati tradidit; ex quibus superextant:

Super quatuor libros sententiarum carmine elegiaco, lib. 1.

Super tota Biblia compendium, lib. 1.

Super decreto metrico, lib. 1.

De arte Rhetorices, lib. 1.

Super epistolam ad Romanos, lib. 1.

Orationes exhortatoriæ & commendatiuæ non pauca, & alia quamplurima. Claruit autem Rector Studij A. D. 1450.

XI.

THOMAS CALISSER natione *Prutenus*, patria *Frauenbergensis*, vir ingenio placido, acutoque eloquio disertissimus. Qui post magisterij insignia præter cæteros scholasticos labores, quos eundem non infructiferos multos perfecisse constat, cum in humanitatis studiis & Rhetoricis institutis suo ævo præstabat, essetque in agilibus non tam dicendo quam exequendo argutissimus, *Gorlicia* urbis frequenti senatu *Burgimaster* erigitur. In quo cum plurima apud exteros & Reges & urbes quam luculentissime sæpe persuasisset, à *Rege Vngariae* in pretio habitus est; & cum esset tam carmine terius, quam oratione soluta lepidissimus, utroque stilo multa ingenij indicia posteris, potissimum *Gorlicensibus* in instaurata urbe eorum spectanda memorandaq; reliquit; de quibus subiecta feruntur:

In Grammatica codicillum pro juvenibus.

In veterem artem commentarium, lib. 1.

Carminum diversi generis, lib. 1.

Epigrammatum ad diversos, lib. 1.

Epistolæ innumeræ ad diversos, lib. 1.

Claruit autem A. D. 1459. tempore Friderici III. Rom. Imp.

Andre-

ANDREAS de GERESDORF natione *Lufanus*, XII.
patria *Crossensis*, disciplina *Lipzensis*, Collega majoris colle-
gii, vir disertus eloquio, ingenio promptus, disputator vehe-
mens, in tota Philosophia abunde peritus. Qui cum post ca-
pessa magisterij insignia multos cum magno auditorum pro-
fectu Aristotelicæ editionis libros resumendo scribendoque
ingeniose revolvisset; ad Theologiam se applicans, copiosis-
sime professus, multis annis iugentose rexit. Tandem ubi
non paucos discipulos sua eruditione illi facultati adjecisset,
in pace mortuus apud Ecclesiam *D. Nicolai* sepelitur, relictis
non paucis sui emunctissimi ingenii testibus, in totam ferme
Philosophiam commentarijs; quibus quantum valuerit ho-
die posteritati internoscendum permisit: de quibus subnexa
apud plerosque recondita servantur: Commentariorum su-
per Physicorum, lib. VIII.

Super de anima, lib. III.

Super de generatione, lib. II.

Super veteri arte, lib. I.

Super nova Logica, lib. I.

Quæstiones super sententias, lib. I.

Orationes ad Clerum.

Sermones ad populum, liber magnus.

Claruit in studio *Lipzensi* Rector An. D. 1425. Epitaphium
ejusdem:

*Andreas Crossensis erat sacra scripta professor
Ingenuasq; artes, quem hæc tegit urna modo.*

*Quod si perpetuos virtus recrearet in annos,
Non hunc mortalis læderet ulla dies.*

HELMOLDVS GLODENSTEDE, natione XIII.
Saxo, patria *Soltverdelensis*, disciplina *Lipzensis*, in medicina
Doctor, majoris collegij Collegiatus, ea tempestate sua do-
ctrina & medicinæ peritia in pretio fuit. Qui cum esset in bo-

B 2

nis ar-

XIII. nis artibus & in Philosophia consumatissime eruditus, nec paucis annis in *Pragensi* gymnasio in Philosophicis docuisset, ad medicinæ insignia non sine ingenio anhelavit, perfecitq; ut *Æsculapius* apud priscos, ita ipse apud *Misnæ Marchiones* in pretio esset. Vir supernumerariæ ætatis, ut ex senectâ, scholasticis laboribus effœta, ad puerilia rudimenta rediret. Scripsit post Medicinæ cathedræ regimen (quod in longos annos traduxit) in utraque medicinæ & artium facultate non aspernenda, quæ passim in libraria Lipzensi habentur, videlicet:

Practica medicinalis. lib. 1.

Regiminis sanitatis. lib. 1.

Lecturam super Avicennam. Et alia pleraque.

Rektor Studii claruit A. D. 1410.

XIV.

NICOLAUS KINDELMAN, natione *Slesius*, patria *Strigoniensis*, disciplina *Lipzensis*, majoris collegii Collegiatus, vir literis indulgentissimus, ingenio peracuto, dialecticus vaferrimus, & in reliqua Philosophia non mediocriter doctus. Qui cum multis annis & frugaliter & perspicaciter in omni Aristotelica gravitate cum magno scholarium proventu versatus fuisset, reliquit in moderna via haud aspernenda, quorum hodie a quodam nostris habentur indicia, quibus nomen suum posteris memorandum reliquit. Ex quibus extant:

Commentaria ejusdem super Prophyrio. lib. 1.

Super prædicamentis. lib. 1.

Super *ἐπιμνηστικῶν*. lib. 1.

Super nova Logica. lib. 1.

Super proprietatibus terminorum. lib. 1.

Claruit in Studio *Lipzensi* An. D. 1441.

XV.

JOHANNES ZACHE natione *Polonus*, patria * * disciplina *Lipzensis*, Doctor Theologiæ, Collegiatus collegij ma-

gij majoris, artium & totius Philosophiæ solertissimus inda-
gator, inque lucubrandis Philosophiæ difficultatibus ingeni-
osissimus. Qui ubi aliquot annis non sine maximo scholarium
proventu omnes pene Dialecticos, Philosophicos, Aristote-
lis libros exposuisset, in Theologiæ Studio non mediocriter
doctus & delibutus, in ea insignia meruit, & posthac cum non
sine auditorum profectu & sui gloria cathedram multos per
annos uberrime rexisset, vita functus apud ædes *D. Nicolai*
in pace quiescit. Reliquit autem pleraque suæ perspicacitatis
præclara indicia, quibus se nomenque suum posteris memo-
randum reliquit. De quibus superextant in *Bibliotheca Lipzen-*
sium:

Super sententias libb. IV.

Super veteri arte cursum.

Super Physicorum libb. VIII.

Super de cœlo & mundo libb. IV.

Super de anima. libb. III.

Orationes ad Clerum.

Quæstiones disputatorum lib. I.

Claruit autem in *Lipzensi* Gymnasio Rector Studii A. D. 1415. *1429*
sub *Sigismundo* Rom. Imp. & PP. *Martino* v.

JOHANNES HOFMAN, natione *Slesius*, patria
Swedenitzensis, disciplina *Lipzensis*, collegij *D. Virginis* Col-
legatus, vir in dicendo suo ætate singularis, artium & Philo-
sophiæ indefessus perquisitor, Theologus consummatissi-
mus. Qui cum in *Lipzensi* Academia multum & in artibus &
in Philosophia post susceptum Magistratum in eisdem uberrime
docuisset, totamque ferme Dialecticam, & non modi-
cam partem Philosophiæ, suis commentariis elucidasset;
Theologiæ se applicans, cum eam insigniter profiteretur,
cathedram adeo frugaliter longos in annos rexit, ut suffra-
gantibus meritis, & quod eloquio comis, & rebus agendis

XVI.

B 3

admo-

admodum prudens esset, ex collegio in *Misnensem Præsulem* eligeretur. Ubi cum multa suæ Ecclesiæ & graviter & religiose administrasset, donata Collegio *D. Virginis* Studii Lipzensis una villa in *Slesia* sita, senior confectæ ætatis mortem obiit: relictis, præter ea, quæ in *Lipzensi* in artes commentatus est, Historiis quibus nomen suum non parum apud suos vulgatum effecit, ac perpetuo memorabile, de quibus superextant:

De inventione pueri Jesu. lib. 1.

De præsentatione B. Virginis. lib. 1.

Alia complura, quæ tam dicendo, quam scribendo, apud Ecclesiam *Misnensem* reliquit. Claruit *Lipz* Rector Studii An. D. 1431.

VXII.

J. H. St. Hauke cap. 28
JACOBUS RADEVITZ, natione *Thuringus*, patria *Genensis*, vir in omni genere scibilis undecunque doctissimus, eloquio disertus, tam carmine tersus, quam oratione manantissimus. Qui ubi in *Lipzensi* Studio aliquamdiu artes & Philosophiam præcepisset, receptis inibi jurium auspiciis, ac in *Italia* Studio simul cum *Panormitano* in Doctorem promoveretur, tanta profecto suæ doctrinæ opinione, ut quicquidem simul, & *Panormitanum* istumque *Jacobum*, birreto insigniret, duo se diversæ genti, *Italia* puta *Alemanisq;*, luminaria succendere Doctor asseveraret. Quod postea experimento comprobatum. Quippe cum tandem Juridicæ facultatis cunctorum suffragio plurimis annis ordinarium gereret, tantam de se excitavit opinionem, ut ejus ingenio consiliisque *Saxonia Ducatum*, Imperii Electoratum, *Fridericus Misne Marchio* ex *D. Sigismundo* se affectum haud obscure fateretur. Reliquit nonnihil ingenii sui monumentum, quod in nostra Bibliotheca superextat: In artibus

Quodlibeticæ disputationes, volumen ingens.

Consiliorum quoque grande volumen.

Et alia quamplurima, quæ partim legens, partim consultans, ingenio.

ingeniose reliquit. Claruit autem in Studio *Lipzensi* An. Dn. 1412. sub Imp. *Sigismundo*, vel, ut alij dicunt, anno 1431. Sepultus est in ædibus *D. Thoma*.

NICOLAUS WEIGEL *Slesius* natione, patria *Bregensis*, disciplina *Lipzensis*, majoris Collegii Collegatus, Vir omnium artium liberalium, candidissimæ laudis; Qui cum Philosophicis concertationibus, quas magna auditorum commoditate à magisterij auspiciis non sine admirata victoria agitavisset, Juris Studium commiscuit. Capessis Theologiae insignibus adeo excitata suæ doctrinæ opinione corruscavit, ut concordi *Saxonie Ducum & Mersburgensis Præsulis* atq; *Universitatis nostræ* concitatione in *Basileense concilio* rerum agendarum patronus legaretur. Ubi crebris sententiis ad cœtum Patrum relatis, multisque frequenti concilio orationibus habitis, cunctis admiratus celeberrimus habitus est: Studiosus adeoque literis indulgentissimus, ut frequenti unius loci mansione, & festina post cibum lectione astheticus effectus moreretur, anno ætatis suæ nondum quinquagesimo. Extant ejus ingenii monumenta in artibus & Philosophia, quibus nomen suum posteris memorandum reliquit: Commentariorum

Super veteri arte. lib. 1.

Super proprietatibus. lib. 1.

De indulgentiis summam unam.

Orationes variæ & multæ, aliaq; quamplurima.

Verum superat cuncta illa quæ inscribitur immensi voluminis: summa de indulgentiis, quæ incipit: *Reverendo in Christo Patri*: qua indulgentiarum vim modumque ita metitur, ut in ea materia, (pace aliorum dicam) nulli secundus de mundo habeatur. Quin & eandem Dominus *Cardinalis Bessarion Nicænus* ad urbem transferendam sibi curavit. Claruit 1427. Rector.

Hennin.

XIX.

HENNINGUS natione *Saxo*, patria *Hildesheimensis*,
disciplina *Lipzensis*, Collegiatus majoris Collegii inibi, vir
invictæ largitatis, in via modernorum disputator acerrimus,
adeo ut sua vehementia plerique adversæ sententiæ permoti,
eundem *universalis correptorem* appellarent. At is propensio-
ri barbataque pera usus, se per jocos in inferno peræ *univer-*
sale reale continere asseverabat. In bursis quoque, quorum
* * * * apud * * resultarent * species, quibus hoc uni-
versale animandum formaretur perficereturque. Scripsit is
in Philosophia & in Dialectica & potissimum Sophistica non
contemnenda; adeo in pauperes munificus, ut defuncto,
quantumvis olim diviti, nihil superesset testandi, qui prius
Bursam Saxonum * suis expensis Collegio majori pro exequi-
is annue agendis adjecerit. Spiritu prophetico clarus, ut an-
no antequam moreretur suæ mortis diem ipsum plerisque au-
dientibus, & quam solerter advertentibus denunciaret in
hæc verba: *Hodie post annum, non habebitis Henningum*. Quod
postea in proverbium versum, aliquamdiu in Studio voluta-
batur. Alterius quoque Collegiati novem milliaribus Teu-
tonicis à se distantis mortem, hora ipsa qua obtigit, in tabu-
la residens, fratribus Collegiatis denunciavit. Narrantur
denique pleraque de eodem alta ex senioribus monumenta,
quæ est non hic locus narrandi. Scripsit autem nonnihil,
quibus nomen suum posteris memorandum reliquit, quæ ita
subnexa feruntur:

Commentariorum super Physicorum libb. viii.

Super nova Logica. lib. i.

Super proprietates Logicas tractatus plurimos.

Aliaque complurima temporis injuria collapsa. Claruit au-
tem Rector Studij *Lipzensis* An. D. 1420.

XX.

ARNOLDVS WESTPHAL, natione *Saxo*, patria
Lubucensis, disciplina *Lipzensis*, Decretorum Doctor, ingenio
industri-

industrius, orator disertus, Artium & Philosophiæ undecumque doctissimus, tam carmine quam prosa concinnus. Hic cum esset, post capeſſa magisterii in artibus insignia, in Dialecticis & Philosophia acerrimus disputator, inditum natura & studio ingenium juridica peritia adeo exacuit, ut brevi super coætaneos coalescens, Ordinariatum juridicæ scholæ assequeretur. Ubi cum aliquamdiu luculentissime docuisset, multasque maximas Principum totius ferme Septentrionis differentias per sententias arbitriumque fructuose sustulisset, magna cum sua gloria in *Lubnensium Episcopum* est electus. Scripsit illustria quædam, temporis injuria, & hominum incuria, collapsa, quibus nomen suum, & ingenii conditionem, apud posteros quam longissime memoranda commisit. De quibus superextant quæ sequuntur:

Lecturæ super Decretalibus. Volumen I.

Conciliorum diversorum, Volumen ingens.

Orationes plurimas.

Aliaque plurima, quæ cum ingeniose edidisse nemo non suspicatur. Claruit in Studio *Lipzensi* Juridicæ facultatis Ordinarius An. D. 1436.

THEODORICUS BUCKSDORF, natione *Lu-*
anus, patria eadem ex antiqua *Bucksdorffensium* familia, animo corporeque nobilis, disciplina *Lipzensis*, vir celeberrimæ laudis, ingenio præstans, in omni Philosophico Studio consummatissimus. Quippe cum esset indolis solertissimæ, in rebusque agendis natura prudens, Juridicæ applicans & forensi disceptationi: in quibus cum nulli suæ ætatis impar esset sed inventionis acrimonia & legum subtilitatibus longe emineret, in Ordinarium Juris successus scholas juris Studiosorum annos quatuor supra viginti frugalissime rexit. Tandem fragrantibus famæ meritis, quod non tam doctrina, quam dono consilii singulariter præstaret, in *Episcopum Nuenburgens-*

C

sa

XXII

.IIIX



ss Ecclesie cunctorum suffragio ex *Lipzensi* Academia sublimatus, sed it annis * * * Reliquit denique nonnihil illustris monumenti, quo quantum & ingenio & scholasticolabore præstiterit, facile internoscitur. De quibus subnexa superextant:

Additionum super speculo Saxonum. lib. 1.

Remissorium in idem. lib. 1.

In jura municipalia lib. 1.

Conciliorum volumen ingens. lib. 1.

Lecturam super Decretalibus. lib. 1. volumen grande.

Orationes scholasticas plurimas.

Claruit Ordinarius Studii juris in *Lips.* An. D. 1439. Rector Studij. *1466 Haunck*

XXII.

JOHANNES WISSENBURG, natione * * *, patria * * *, disciplina *Lipzensis*, vir clarus, orator insignis, Philosophus non mediocris, acerrimus disputator, in Theologicis denique difficultatibus facile cuique æqualis. Hic post multas in *Lipzensi* Academia suscepto magisterio philosophicas exercitationes, capeffa in Theologia licentia *Herbipolensis Ecclesie* lecturæ declamationique præfectus multa præclara ingenii monumenta non sine Christianæ religionis proventu, factis, dictis, scriptisque ad posteros transmisit. Ex quibus inter cætera quæ ad nos pervenerunt extant subscripta:

De superstitionibus variis lib. 1.

Super sententiis. lib. 1.

Sermonum ad populum. lib. 1.

Orationes ad Clerum. lib. 1.

Clariuit autem in studio *Lipzensi* A. D. 1410. in institutione studij.

XXIII.

SILVESTER Archiepiscopus *Rugensis*, natione *Prutenus*, patria *Thuronensis*, disciplina *Lipzensis*, D. *Virginis* ejusdem

dem Collega, vir præstans ingenio, eloquio non tam fluido quam ornatissimo: in liberalibus artibus ac tota Philosophia mirum in modum doctus. Quicum post magisterii insignia in scholarium profectum non sine vulgata laude sua multa & legendo & repetendo per aliquot annos divulgasset, atque in Humanitatis Studio & juribus non parum coaluisset, Divi *Theutonicorum Ordinis Magistri Cancellarius* surrogatus, cum dicendo ac consulendo, ac sæpius legationis munere ad summos Reges Pontificemque Romanum functus, omnia quam prudenter in gravissimis rebus peregisset, pro meritis omnium applausu *Rugensis Archiepiscopus* designatur. In quo cum aliquamdiu confidens, singula quam gnaviter religioseque administrasset, in pace quievit. Edidit autem, cum penes nos gymnasticis intenderet, acutissimi ostenta ingenii sui: **Commentariorum in Aristotelem aliquot, de quibus feruntur subnexa:**

In librorum Priorum libb. II.

In Topicorum lib. VIII.

Orationes plures & Epistolæ quam queant narrari. Claruit in Studio *Lipzensi* A. D. 1438. Temporibus *Alberti II. Imp. Rom. & Eugenij* quarti.

JODOCVS *Episcopus Osiliensis, natione Prutenus, XXIV.* patria *Insulanus, disciplina Lipzensis, Collegii principis ibidem Collegiatus, vir omni naturæ dote accumulatus; ingenio arguto, eloquio disertissimus: in artibus & tota philosophia undecunque doctissimus. In Oratoriæ institutis non tam præceptione quam exercitio cumulatus, eaque propter D. *Theutonicorum ordini, cujus in urbe procurationem quam diutissime gessit, & Domino Cardinali Nicæno, Patriarchæ Constantinopolitano, præcipue propter Philosophicam peritiam, amicissimus notissimusque. Quippe qui eundem in disputationibus, quas crebras in ædibus suis præfatus Cardinalis fo-**

vit, communem semper & congressorem quam cupidissime
attraxerat. Tandem in *Osiliensem Episcopum* surrogatus, obiit

* * * * Extant ejus in Studio quam brevia, nervola tamen:
In Petri Hispani Logicam commentariorum lib. 1.
Epistolarum ad diversos. lib. 1.

Orationum ad Potentatus & Balivos. lib. 1.

Aliaque quamplurima, quæ vulgi in curia perierunt. Cla-
ruit autem in Studio *Lipzensi* A. D. 1440. sub *Friderico* Rom.
Imp. III. ac *Eugenio* hujus nominis IV.

XXV.

JOHANNES KURLEBECK, natione *Saxo*, pa-
tria *Sundenfis*, ex antiqua *Kurlebeckensium* familia non tam
sanguine quam animo nobilis, disciplina *Lipzensis*, disputa-
tor acerrimus, in inveniendis Dialecticis locis omnium ar-
gutissimus. Is cum in Philosophia non mediocriter doctus
esset, in Logicis disputationibus facile cuique præstaret,
cum multa in eis & legendo & exercitando cum magno scho-
larium proventu quam diutissime agitasset, tandem clauso
die extremo in ambitu *D. Thomæ Lipz* sepelitur. Adeo lite-
ris indulgentissimus, reique domesticæ ex hoc incurius, ut
Studii amore quatuor avitas, quas in *Sundis* patrias habebat
ædes, omnes venditas in vita absumeret. Reliquit aliqua
in via moderna non neglecti ingenij indicia, ex quibus sub-
scripta superextant:

Insolubilium lib. 1.

Sophismatum * * lib. 1.

In proprietates Logicales comment. 1.

Claruit autem in Studio *Lipzensi* A. D. 1470.

XXVI.

STEPHANUS FORTUNE, cognomento *Lucifer*,
natione *Misnensis*, patria *Freibergensis*, disciplina *Lipzensis*, Do-
ctor Theologiæ, præstantis vir ingenii, eloquii præclarissimi:
in omnia certe paratus, sive in scholasticis disputandum, si-
ve ad vulgus clerove declamandum foret. Hic post magi-
sterij in

sterij in artibus insignia, cum esset in iisdem & tota Philosophia longe doctissimus, multa & legendo & scribendo in Remp. contulit scholasticam. Ast post suscepta in Theologia professionis insignia, in cathedra difficillima dissolvendo plurimuserat: in concionando ad vulgus admodum existimatus. Reliquit ejus ingenij indicia artificiose elaborata in Aristotelem commentarja, quibus se posteris cum gloria memorandum commisit. De quibus superextant;

Commentarium in veterem artem. lib. 1.

In priorum figurarum lib. 1.

In Apocalypsin. lib. 1.

Orationum ad Clerum. lib. 1.

Sermonum ad vulgus volumen ingens.

VINCENTIUS GRUNER, natione *Misnensis*, XXVII.
patria *Zwickaviensis*, disciplina *Lipzensis*, Collegij majoris in
ibi Collegiatus, vir in liberalibus & tota Philosophia undecun-
cunque doctissimus. Hic post translationem *Pragensis* Studij
in *Lipz* multos per annos cum magno scholarium proventu
in Philosophia desudavit; atque cum pene totam vitam in
aliorum eruditione absumsisset, reliquit præter cætera quæ-
dam ingenij sui præclara monumenta pro pueris edita, quibus
se memorandum mandavit: ex quibus superextant adhuc
apud Lipzenses:

Grammaticæ. lib. 1.

Rhetoricæ. lib. 1.

Quæstionum disputatarum. lib. 1.

Super canonem missæ. lib. 1.

Et quædam alia quæ temporis intercapedo interrupit. Cla-
ruit autem A. D. 1410. Rector Studii.

Gold ANDREAS RUDIGER natione *Misnensis*, patria XXVIII
disciplina *Lipzensis*, Collegiatus majoris Collegij,
vir integerrimæ gravitatis, modestissimusque; in Artibus li-
berali

beralibus & in tota Philosophia singulariter doctus; in Theologicis theorematibus omnium suo ævo superior; qui toto ferme vitæ tempore de lectionis assiduitate secum contenderet. Erat in cathedra profundissimus, in disputatione acutissimus, consilii dono adeo usque donatus, ut suis nutibus & administratione tota ferme Lipzensis Studij Universitas multos per annos penderet ac sustineretur. Extant sedulæ lectionis suæ summa indicia, *Remissoria* in diversos libros à se quam commodissime edita; utpote in *Capreolum*, *Aureolum*, *Cameracensem*, *Maronem*; In postillam *Alberti*, In Summam *Hostiensis*, & aliorum supra triginta librorum. Hic cum esset *Misnensis* & *Budissensis* Ecclesiarum Canonicus, cathedrâ Theologicam *Lipzensem* nihilominus fructuosissime 35. & supra administravit annis. Edidit præterea nonnulla alia, quibus nomen suum posteris vulgavit, de quibus superextant subscripti:

Super *Isaiam* Prophetam volumen, sed incompletum
Super *Ethicorum* Arist. lib. VIII. (ex senectâ.

Declarationem Bullæ *Misnensis* lib. I. *Quam sit difficile. &c.*

De concursu ad cruorem, lib. I. *Dubitatur à plerisque, quid sentiendum sit &c.*

De oblationibus plebano debitis. lib. I. *An oblationes que fiunt in Ecclesia. &c.*

Orationes magistræ & doctorales, recommendationes buamplurimas. Quæstiones quoque disputatas. &c. Claruit Rector Studij A. D. 1451.

XXIX.

JOHANNES PERMETER, natione *Noricus*, patria *Adorffensis*, opido *terra Advocatorum*, disciplina *Lipzensis*, vir ingenij præstantissimi emunctissimique. In *Dialecticis* argutissimus, in *Philosophicis* *Metaphysicisque* perspicax & paucis secundus, disputator acerrimus, scholasticoque

coque labori deditissimus. Quippe qui post suscepta magisterij liberalium artium insignia multis annis in *Lipzensi* Academia in tota Philosophia legendo, resumendo, scribendo, cum maximo auditorum suorum proventu cunctis emineret; eam sibi scriptis eruditioneque famam excitavit, ut *Ingolstadtum* illic prima Theologici studij fundamenta jaeturus ultro accersiretur: in quo annis pluribus acutissima Minerva sua ordinarie legendo non parum fructus decorisque illi studio adjecit. Scripsit in *Lipzensi* Academia, priusquam *Ingolstadtum* concederet, vulgatissima quaedam in Aristotelem commentaria, quibus nomen suum apud posteros perpetuo ævo memorabile cum multa admiratione reliquit.

In Donatum minorem, editionem unam.

In parvulum Philosophiæ lib. I.

In prædicamenta lib. I.

In *ἐπιμνηστικὰ* lib. I.

In priorum Aristot. lib. I.

In posteriorum. lib. I.

In Elenchorum. lib. I.

In Physicorum. lib. I.

In de anima. lib. I.

Super de generatione. lib. I.

In de cælo. lib. I.

Opuscula præterea plura, Claruit apud *Lipzenses* Rector Studij, An. D. 1468. Et modo adhuc apud *Ingolstadtum* Ordinarium in Theologia, & Pastorem Ecclesiæ gerit: in quo, si quod scripserit, quod quippiam est, nemo ambigit: Ad nos non pervenit. An. D. 1498. sub *Maximiliano* Imp. & *Alexandro VI.*

GEORGIUS ORTER natione *Franco*, patria *Fric- XXX.*
kenhausensis, professione *Predicator*, & disciplina *Lipzensis*,
perspicacis vir ingenii, eloquio paratissimo. Hic ubi in studio
dio

dio coaluisset, haustis Philosophiæ simbriis vir erat natura
religiosus, ad Divum *S. Dominici Ordinem* in *Lipz* confugit.
Vbi cum in scholasticis *D. Thoma* pates repetendo, & alia ple-
raque legendo non parum laboravisset, in vulgus declaman-
do quam plurimos annos quam fidelissime absumsit. At ubi
in diversa ordinis negotia præcipuus mitteretur, frequentia
sermonum, ut putabatur, morbo correptus interiit. Extant
ejus non negligenda opuscula, quibus nomen suum posteris
memorandum reliquit: de quibus subnexa feruntur:

In conceptionem *D. Virginis* libros III.

Quadragesimale lib. I.

Sermonum de tempore. lib. I.

Sermonum de Sanctis lib. I.

Sermonum per Adventum. lib. I.

Claruit autem An. Dn. 1497.

XXXI.

MARTINUS MELRSTAT, natione *Franco*, pa-
tria *Melerstatinus*, disciplina *Lipzensis*, vir diversis naturæ do-
tibus singularis, vir inquam, clarissimæ laudis. Ingenio acu-
tissimus, eloquio lepidissimus, disputator acerrimus, in præ-
cipiendo resolutus, graciosusque. Hic cum post suscepta
magisterii insignia in Philosophia consummatissimus esset,
cæterisque disciplinis abunde doctus, *D. Thoma Aquinatis* &
aliorum plerorumque dogmata viginti ferme annis cum ma-
ximo auditorum profectu & attentione in *Lipzensi* Academia
revolvit proprijs commentarijs multa dilucidans. Ast post
ad Medicinam applicans, cum in utroque non mediocriter pe-
ritus existeret, & hujus insignia facultatis cepisset, fama fra-
grante ab *Friderico Duce Saxonia* & Romani Imperii Electore
Physicus accersitur, cujus hodie castra, ne unquam literis
intermissis, prosequitur. Scripsit & carmine & soluta ora-
tione, cum in utraque doctissimus sit, non aspernanda, quæ
partim impressa feruntur, partim ab eo in studio pronunciata,
offici-

officinam non indigne expectant, quibus nomen suum memorandum reliquit;

In tractatus Petri Hispani lib. i. *Queritur, quid sit.*

In parvulum Logicæ. lib. i. *Opus figurarum.*

In veterem artem cursum unum.

In novam Logicam cursum unum.

In Physicam cursum unum.

In Metaphysicam libb. xii.

Regimen pestilentiaë lib. i.

De verbo intelligibili librum acutissimum. *Quoniam*

in habentibus symbolum. &c.

Ephemerides plures.

Quæstiones disputatas lib. i.

Carmen Epidaurum. lib. i. *Tercentum lustris.*

Carmen natale lib. i. *Dux erat armis.*

Elegiam in mortem Ernesti.

Orationes varias in studio memoriter dictas. Item Epistolarum ad diversos lib. i. Claret adhuc scribens quam calrissima statim in lucem proditura, *Archiepiscopus Illustrissimi Principis Saxonie Friderici &c. An. Dn. 1498.*

CHRISTOPHORUS THIMONIS, natione *Silesius*, patria *Freienstatensis*, disciplina *Lipzensis*, Collegii majoris Collegatus & Canonicus *Zitzensis*, vir religiosæ gravitatis. Hic cum esset natura animo quieto, & literis indulgentissimus esset, post susceptam magistrum in artibus lauream ad Theologiam applicans quam acutissimus in in ea insignitur. Cumque apud Ecclesiam *Freiostatensem* residens Principi suo ob cognitam in eo integritatem admodum charus haberetur, eo demortuo, resignata parochia, in studium *Lipzense* reversus, viginti quinque annis in Theologia cathedram quam diligentissime administravit. Extant ejus præter cætera non vulgaria opera, quibus nomen suum memorandum mandavit, subscripta;

D

Super

XXXII.

Super *Mrtthæum* volumen ingens, sed imperfectum
ex senectâ.

Super secundum sententiarum volumen, & ipsum
grande, quo omnes distinctiones in modum quæstionum
disputatarum redegit.

Orationes ad Clerum. Recommendationum liber 1. & alia
plurima, quæ ingeniose confecit. Claret adhuc sub anno D.
1498. sub *Maximiliano Cæsare & Alexandro VI.* *Ferdinand*

XXXIII.

BALTHASAR Professus in *Porta*, natione *Misnensis*,
patria *Geyrensis*, disciplina *Lipzensis*; vir in liberalibus Studiis
& tota Philosophia undecunque doctissimus, & in Theolo-
gia, quam profitetur, non modice, imo singulariter eruditus.
Hic apud *Lipzenses* post artium & Philosophiæ magisterium,
cum Collegij D. *Bernhardi* provisor esset, multa tum pro fra-
trum suorum, tum pro secularium auditorum profectu, in Ari-
stotelica doctrina per multos annos præclare revolvit. At ca-
pessa in Theologia Licentia, quorundam Theologiæ scripto-
rum enucleatione, non parum auditoribus commodi sibiq;
famæ, comparavit. Quam postea scriptis illustrans, peracu-
ti ingenii indicia monumenta quædam imprimenda curavit,
quæ vulgo venalia deferuntur; ex quibus subnexa habentur:

Super expositione *Missæ*. lib. 1. *Sacrificate sacrificium
justitiæ.*

Super communionem *Schismaticorum*. lib. 1. *Novissime
autem resumendo.*

Super esu carniū lib. 1. *Irritum fecistis mandatum Dei.*

De reformatione *Religiosorum* lib. 1. *Dialogus est,
&c. Status quorundam religiosorum.*

Quæstionum disputatarum lib. 1.

Sermonum de tempore & Sanctis. lib. 1.

Sermones ad Clerum & Synodales plurimi.

Claret adhuc A. D. 1498. sub *Maximiliano Cæsare, & Alexan-
dro PP. VI.* Tho-

THOMAS WERNHERI natione *Prutenus*, patria XXXIV
Brunsbουργensis, disciplina *Lipzensis*, Collegij majoris Colle-
gatus, & Ecclesie *Vvarmiensis* Canonicus & Custos, vir
modestæ gravitatis, consilio vafer, eloquio comi disertoque
ingenij sobrii & peracuti. Hic cum esset in Philosophia non
mediocriter doctus, multis annis in Philosophica palæstra cū
magno scholarum profectu absumtis, capessis in Theologia
insigniis, scholas Theologicas suis lectionibus & disputatio-
nibus non parum illustravit; reliquitq; nonnulla emuncti iu-
dicia ingenij, quibus nomen suum posteritati commendavit
perpetuo memorandum, de quibus extant:

Super librum Sapientie. lib. 1.

Super Cantica Canticorum. lib. 1.

Quæstionum disputatarum, lib. 1.

Orationum ad Clerum plurimæ. Claret adhuc apud *Lipzen-
ses* A. D. 1498.

ERASMUS FRISNER, natione *Noricus*, patria XXXV.
Weusfideleusis, disciplina *Lipzensis*, ingenio perspicax, allo-
quio comis, in interpretando succinctus graciosusque. Hic
ubi uno super viginti, nondumque completo anno in Philo-
sophia abunde eruditus magisterium suscepisset, & continuo
Aristotelicæ gravitati quam solertissime incumbens, non si-
ne maximo auditorum proventu omnes Aristotelis libros
interpretatus esset, ubi multa in Philosophia perspicaciter &
ingeniose lucubrasset, ad uberius vitæ frugem aspirans D.
Predicatorum ordinis conventum *Lipzensem* subiit; ubi literis
indulgentissimus vix annos natus septem supra viginti salu-
bri instituto humanis excessit. Extant clari ingenij sui liqui-
dissima monumenta Commentariorum in *Aristotelem*, quibus
nomen suum & suæ religioni & studio *Lipzensi* quam memo-
rabile reliquit; De quibus extant:

In veterem artem lib. 1.

D 2

In no-

In novam Logicam. lib. i.

In Physicorum libb. viii.

In de cælo. libb. iv.

De generatione lib. i.

De anima lib. i.

In metaphysicam. libb. xii.

Claruit anno Domini 1498. sub *Maximiliano Gæſare.*

XXXVI.

JACOBUS BARINUS, natione *Misnensis*, patria & disciplina *Lipzensis*. Hic cum esset non tam carmine tersus, quam soluta oratione lepidus, susceptis magisterii insigniis, qui penes nos haberi poterant, eundorum ferme Poëtarum opera non sine sua laude & scholarum proventu, quam solertissime evoluit. At ubi præterea alia quoque scribenda meditaretur, fatis poscentibus humanis excessit. Ejus autem ingenii indicia, quibus quantum valuerit liquido agnoscitur, seque posteris memorandum reliquit impressa circumferuntur, ista quæ sequuntur subnexa:

De conficiendis Epistolis lib. i.

De modo loquendi lib. i.

De Pieribus Poëtarum. lib. i.

Carminum & Epigrammatum. lib. i.

Mortuus in adolescentia correptus peste. A. D. 1497.

XXXVII.

PETRUS KESE D. Ordinis *Heremitarum* professus, natione *Suevus*, patria *Eslingensis*, disciplina *Lipzensis*. Hic cum adolescens adhuc in Philosophicis & Domini *Aegidij* potissimum opinione admodum delibutus esset, penes nos agens, præstantis ingenii præclara monumenta reliquit, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit, de quibus impressa subnexa feruntur:

De materia cæli lib. i.

De appositione nugatoria lib. i.

Claret adhuc præclara indubie scripturus, ubi modo intendere

dere illi permitteretur, spondente idipsum acuta ingenii sui
indole. A. D. 1498.

CONRADUS SOLTAW, natione *Westvalus* pa- XXXXII
tria *Soltouvensis*, vir in omnium disciplinarum genere appri-
me doctus, acerrimus disputator, Philosophus præstans. Is
ubi in *Pragensi* studio multos per annos cum magno audito-
rum proventu Philosophiam præcipiendo immensam sibi
gloriam peperisset, exurgente *Husitana* contagione *Lipzani*
divertens, Theologiam primus in nostro Gymnasio profes- IX
sus, ingeniose illucubravit. At cum esset ætatis profectioris,
priusquã nostra Universitas confirmaretur, cum ingenti cla-
ritudinis suæ admiratione à vivis excessit. Extant ejus, quib⁹
nomen suū immortalitati donavit plurimi profecto comentarij
quos quia videre non merui, non assigno, Quos autem vidi
hi sunt: Super Sententiarum lib. IV.

Claruit anno D. 1400. sub *Carolo* Quarto.

JOHANNES WIDEMAN, uatione *Noricus*, pa- XXXIX
tria *Egrensis*, disciplina *Lipzensis*, vir in Mathematicis abunde
eruditus. Qui capessis in Philosophia & liberalibus artibus
insigniis, cum multa admodum in mathematica, & potissi-
me in speciebus in studio *Lipzensi*, non sine auditorum summo
applausu, aliquot annis volvisset, & membranæ commen-
dandum vulgavisset, tandem alio concedens, exquisita in-
genij sui clara indicia reliquit, quibus nomen suum digne
posteris memorandum mandavit. Ex quibus superextant
vulgoque impressa venduntur: Algorithmi &c. vices.

Integrorum cum probis, lib. 1.

Minutiarum vulgarium, lib. 1.

Minutiarum Physicarum, lib. 1.

Proportionum plusquam aureum, lib. V.

Algorithmi lineales, lib. 1.

Summarium quoque totius Arithmeticæ argutissime edidit,
librum

D 3

librum majusculum, in quo omnes species, regulas, ænigma-
ta, exempla in omni mercantia rerum obvientia compen-
diose perstringit: cujus titulus vulgari lingua extat apud ma-
gistrum *Sigismundum Altman*. Claret adhuc apud *Egenses* an-
nos natus uno forte supra triginta, continue nova eudens.
A. D. 1498. sub *Maximiliano* Romanorum Rege.

XL.

JOHANNES BRUNDEMAN, Præpositus Mo-
nasterij *D. Thomæ Lipzensis*, natione *Misnensis*, patria & disci-
plina *Lipzensis*, vir acri ingenio & eloquio abunde parato:
in declamandis ad vulgus Clerumque juxta promptissimus.
Hic capessis in Philosophia insigniis, religione accitus Theo-
logiæ se applicans, ac in ea quam brevi Licentiatus, omnem
operam industriamque eo deflexit, ut dominicæ sibi commis-
sæ gregis scabiem contagionemque forcipe altaris expiaret.
Erat itaque ita in declamandis ad populum concionibus ac-
ceptus, adeoque apud Cleros in precio opinioneque conspi-
cuus, ut nemo satis ex populo se orthodoxum, nisi suis ver-
bis putarit: ex Clero vero nemo se satis ad populum dictu-
rum unquam confideret, nisi ab eo velut *Polyclete* statua,
Theutonicoque Cicerone artem dicendi vindicasset. In ser-
monibus adeo frequens, ut cura rei domesticæ, ingentique
clamore spiritus adeo usq; agitavisse crederetur, quo a *ople-*
ctico morbo correptus, cum magno populi mœrore interi-
ret. Extant ejus, quibus nomen suum apud posteros memo-
randum reliquit, non contemnenda, de quibus subnexa vul-
go habentur:

Sermonum de Sanctis, lib. 1. Et quidem ingens.

Sermonum de tempore. lib. 1.

Et alia complura. Claruit autem in studio *Lipzensi* An. 14 * *

XLI.

WENCESLAUS BUDEWEIS natione *Bohemus*,
patria *Budovicus*, disciplina *Lipzensis*, Collegij Principis ibi
Collegatus, vir ingenio singularis Philosophus & Mathema-
ticus

ticus præstans, in Astronomia utraque paucis suo ævo secundus. Is capessis in Philosophia insignis, cum Astrologiam, quæ ministerio instrumentorum facilius comprehenditur, & astra nominaque non tam manu promptus, quam Minerva singulari calleret, multa in utrisque non sine auditorum admiratione proventuque multos per annos revolvit. Studium quoque *Lipzense* suis pronosticis & Ephemeridibus viginti fere annis non parum illustravit. Tandem ad Medicinam applicans, in eadem insignitus, edidit nonnulla magni ingenii singularia indicia, quibus nomen non indigne posteris memorandum commendavit, De quibus superextant, quæ impressa circumferuntur:

* * * * *

Claret adhuc in Studio *Lipzensi* A. D. 1498. Sub *Maximiliano* Romanorum Rege, & *Alexandro* Papa Sexto.

JOHANNES de BREITENBACH, natione **XLII.**
Misnensis, ex antiqua *Breitenbachensium* familia non tam genere quam animo nobilis, Ordinarius *Lipzensis*, vir emunctissimi & argutissimi ingenij, adeo in Juris subtilitatibus consummatissimus, ut adolescens olim in *Perusino* Studio in publico fori circo cunctis se suæ facultatis coætaneis, de quibuslibet juris energiis responsurum ultro exponeret: responderitque tanta profecto *Italorum* & aliorum *Perusij* Studentium admiratione, ut in publica juris lectione pro novis, Doctor suam doctrinam attestatus, in hæc verba dixit: *Iste iohannes de Alemannia est vere doctus.* Nec cum sua attestatio fefellit: quippe ubi multis disceptationibus apud nos quoque super ceteros eminere visus fuisset; cunctorum suffragio Ordinarius Juridicæ facultatis suffectus, scholas annis prope viginti quam gloriose administravit. Scripsitque præter cæteros labores, quorum est patientissimus, nonnulla versatilis ingenij indicia, quæ vulgo impressa superextant;

Pro

Pro divæ Virginis conceptione libb. IV.
Lecturas super decretales.

* * * * *

Claret adhuc apud *Lipzenses* A. D. 1498. scribens legensque,
sub *Maximiliano* Rom. Imp. & *Alexandro* PP. VI.

XLIII

JOHANNES KUNE D. *Prædicatorum* Ordinis Pro-
fessus, vir indicendo præstans, in disciplinis Theologicisq;
disceptationibus argutissimus. Is cum in *Lipzensi* Academia
multa tam in scholasticis, quam ad vulgus concionando in
rem scholasticam sudasset, admodum in precio habitus est,
quippe qui cathedram Theologicam multos per annos in-
geniose administravit; adeo vafer, ut dum *Theutonus* orbis
Felicis partes probaret, solus ipse in Saxonis oris *Eugenij*
partes sectatus sit. Scripsit nunnula ingenii sui indicia, de
quibus subnexa superextant:

XLIII

Quæstionum disputatarum lib. I.

Sermonum de tempore. lib. I.

Collationum. lib. I.

Et alia plurima. Claret autem in conventu D. *Prædicatorum*
Ordinis *Lipzensis*, Anno Christi 1460. tempore *Eugenij IV.*

XLIV.

FRIDERICUS ERLENBACH natione *Franco*,
patria *Erlenbachensis*, disciplina *Lipzensis* vir singularis inge-
nij, in liberalibus, & tota Philosophia, Theologicisq; difficul-
tatibus, undecunque doctissimus. Qui capessis in Philoso-
phia insigniis, cum eandem præcipue calleret, multos per
annos in *Lipzensi* Studio non sine magno auditorum proventu
Aristotelis libros quam lucubratiissime revolvit. Quo cum di-
gnam factis laudem immensam, & doctrinando scribendoq;
conquisivisset, ea despecta ad uberius vitæ frugem aspi-
rans, D. *Minorum* ordinis strictissimam observantiam subiit:
In qua hodie non tam scholasticis quam ad vulgus concioni-
bus adeo usque viger, ut Clero populoque juxta accommo-
datisq;

datissimus sit. Scripsit in utroque stilo, earmine pura & soluta oratione, cum in utraque non vulgariter doctus existat, nonnulla emuncti indicia ingenij sui;

De modo studendi lib. 1.

De modo versificandi lib. 1.

De excidio opidi Hallensis. lib. 1.

Elegiam de duabus amantibus.

De ordine rerum universi, Theoremata.

Expositionem Epistolarum Pauli.

In quatuor libros sententiarum lib. 1.

Sermonum de tempore. lib. 1.

Sermonum de Sanctis. lib. 1.

De modo loquendi. lib. 1.

De decem præceptis lib. 1.

De septem vitiis. lib. 1.

De arte bene moriendi lib. 1.

Super salve regina XX. sermones. Collationes ad Clerum Quagagesimale. Vivit adhuc *Guardianus* de observantia ordinis *Minorum Kempnienensis*. A. D. 1498 sub *Maximil. Rom. Imp. & Alexand. PP. VI.*

NICOLAUS LACKMAN, natione *Theutonius*, XLV. patria *Prutenus*, studio *Lipzensis*, Ordinis fratrum *Minorum* provinciae *Saxoniae* minister; vir ingenio & eloquio æque doctissimus, disputator acerrimus, concionator vehemens disertusque. In Theologicis theorematibus resolutissimus. Hic cum & in cathedra & scholis longos per annos cuncto orbi notissimus foret, & in rebus ordinis non parum agitatus, nullo tamen intermisso sacrarum literarum Studio multa acutissimi sui ingenii pariter & eloquentiæ monumenta reliquit. De quibus subnexa superextant:

Super sententias libb. iv.

Sermones de tempore. lib. 1.

E

Sermo,

Sermones de Sanctis. lib. i.
Quæstionum disputatarum lib. i.
Claruit temporibus concilii *Basiliensis* & *Eugenij* PP. IV. Anno 1440.

XLVI.

JOHANNES KANNEMAN natione *Theutonicus*, patria *Saxo*, disciplina *Erphurtensis*, Theologus acutissimus & philosophica perspicacitate singularis, tam ingenio quam eloquio comis disertissimusq;. Hic cū multo tempore & in scholis ingeniose disputasset, & apud vulgus totum ferme per septentrionem concionando carissimus haberetur: quatinus quod ore diutius prædicavisset, etiam exemplo quoque rigidioris vitæ comprobaret, de strictiori observantia ordinem *Minorum* ingressus est. Contra æmulos, qui se lacerarant eleganter & sententiose scripsit, cum quibus & alia ingenii sui monumenta subscripta reliquit:

Defensorium sui. volumen i. *Multi famosi viri.*

De passione Domini lib. i. *Egredimini Filie Sion,*

Super sententias. libb. iv.

Sermonum lib. i.

Quæstionum lib. i.

Claruit temporibus *Friderici* III. Imp. & *Pij* PP. II.

XLVII.

CHRISTIANUS BURCKSLEVE natione *Hirminus*, patria *Bergensis*, Ordinis *Minorum*, Studio *Lipzensis*, vir rarissimæ præfecto laudis, ingenio acuto, eloquio diserto. Cujus comitate pellecta universa *Saxonica* provincia, eundem non aliter quam olim *Capistranum* concionantem admirabatur. Qui cum in *Lipzensi* Gymnasio susceptis Doctoralibus insigniis, etiam *Erfordensem* scholam non parum tam scholasticis, quam ad vulgus sermonibus ornavisset; post multa ab eo eleganter & ingeniose edita, etiam ibidem quievit, reliquis posteris opusculis subnexis:

Super sententias lib. ii.

Disputa-

Disputatarum Quæst. lib. 1.

Orationum ad Clerum lib. 1.

Sermones de tempore & Sanctis, libb. 11.

Sermones per Quadragesimam lib. 1.

Claruit temporibus Sixti PP. quarti A. D. 1481.

MAGNUS HUNDT, *Parthenopolitanus*, natione XLVIII
Saxo, fatus urbe *Virginopoli*, Studio *Lipzensis*, Artium Doctor,
Medicinæ Baccalaureus, Theologiæ Magister, Collegii Du-
calis, Academiae *Lipzensis* Collega, insignis Ecclesiæ *Misnen-*
sis Canonicus, subscripta opuscula & commentarios in dicta
Academia congeffit & collegit:

Expositionem super Donatum minorem,

Compendium Logices, lib. 1.

Codicillum de proprietatibus terminorum, lib. 1.

De Sophismatibus lib. 1.

Introductorium in universam Aristotelis physicam.

Antropologium de natura hominis, lib. 1.

Commentarios in summam Philos. moralis, lib. 1.

Brevem interpretationem regularum Juris libri sexti.

Annotationes circa librum B. Augustini de essentia
divinitatis.

Conclusiones super libros B. August. de Civit. Dei.

Quæstiones breves super libros de anima.

Textualem interpretationem librorum de anima.

Conclusiones super Albertum de gradibus cognat-
tionum.

Quæstiones super libros de physico Auditu.

Textualem declarationem libb. Posteriorum Aristo-
telis.

Conclusiones super XII. libros *Metaphysicæ*.

Varia problemata Theologica.

Conclusiones textuales super IV. libros *Sententiarum*.

E 2

Quæstio-



Quæstiones super veterem artem.

Tractatum de modo definiendi.

Tractatum de præceptis Rhetoricæ.

Orationem in Aula Doctorali.

Claret adhuc varia conscribens A. D. 1514.

XLIX.

GEORGIUS DOTTANIUS natione *Ostrofrancus*
ex *Meningensio* progenitus oppido Artium & Theologiæ Pro-
fessor Studii *Lipzensis*, Ducalisque Collegii Collega, Vir ma-
gnæ vitæ, probatissimæque honestatis. Edidit subscripta:

Poëma ad juventutem de cursu & brevitate temporis;

Poëma contra osores Poëtarum.

Carmen de quatuor Evangelistis.

Sermonem versibus concinnatum de laudibus S. Pau-
li.

Opusculum de coloribus Rhetoricis. (li.

Præterea Epistolas & Epitaphia, & Epigrammata. Idem ser-
mones ad Universitatem *Lipzensem*. Claret adhuc ibidem A.
D. 1514.

L.

JOHANNES FABRI, natione *Suevus*, fatus ex
urbe *Werdea*, Artium & utriusque Juris Studii *Lipzensis* Do-
ctor, Collegiique Ducalis. Disputavit de quolibet, & con-
scripsit:

Carmina de novem Musis. lib. 1.

De Philosophia. lib. 1.

De Prosodia lib. 1.

De modo prædicandi lib. 1.

De conditionibus boni præceptoris sive artificis.

Item proverbiorum metricè lib. 1.

Super regulas juris lib. 1. & quædam alia.

Floruit Anno D. 1500.

LI.

JOHANNES DE EBERHAUSEN, natione *Saxo*,
ex *Ottinzensi* oppido oriundus, Juris Pontificii Doctor, Studii
Lipzensis Juridicæ facultatis Ordinarius. Conscripsit egre-
giam

giam interpretationem processus juris *Johannis de Avorbach*,
& quædam alia, anno 1512.

GEORGIUS MORGENSTERN, de *Odero* na-
tus Juris Pontificii Doctor & concionator egregius, edidit
frugiferos sermones quam plurimos, qui incipiunt, *Væ Væ*
habitantibus in terra. Claruit in Studio *Lipzensi* A. D. 1500.

CHRISTOPHORUS CUPINERIUS, natione
Prutenus, oriundus ex opido *Lobavv*, artium & utriusque ju-
ris Doctor atque miles, Collegii Ducalis Academiae *Lipzensis*
Collega, Vir magnæ eloquentiæ, edidit

Commentarios super Authenticam C. *Ne filius pro pa-*
De usuris lib. i.
Floruit circa A. C. 1500.

JOHANNES PELYCK, natione *Misnensis* ex *Zeitl*
opido oriundus, Studio & disciplina *Lipzensis*, vir in secula-
ri Philosophia nobiliter doctus, utriusque juris Doctor cele-
berrimus; ingenio promptus & disertus eloquio, consilioque
cautissimus, *Lipsiana* Urbis Senator prudentissimus. Edidit
nonnulla ingenii sui præclara monumenta, è quibus extant:

Institutiones in Philosophiam naturalem frugiferæ.
Claret adhuc apud *Lipzenses*, sub *Maximiliano* Cæsare, Ro-
manorum Imp. & *Leone X.* hujus nominis PP. 1514.

STEPHANUS GERST natione *Prutenus*, ex *Re-*
giomonte oriundus, Artium Studii *Lipzensis* Magister, atque
juris Canonici Doctor, Ducalisque Collegii Collega. Edidit
commentarios super arbores consanguinitatis & Affinitatis,
& quædam carmina.

CHRISTOPHORUS SCHONEFELT, natio-
ne *Schesita* ex *Legenitia* urbe progenitus, utriusque Medici-
næ Doctor, legit in Academia *Lipzensi*, callerque triplicem
linguam, Hebræam, Græcam & Latinam.

E 2

Simon

LII.

LIII.

LIV.

LV.

LVI.

LVII. SIMON PISTORIS natione *Misnensis*, satūs oppido
Lipsico, Artium & utriusque Medicinæ Archiater, Doctorq;
ac Senator *Lipzensis* famatissimus.

LVIII. JOHANNES CURRIFICIS, natione *Bavarus*,
ex *Lanzbergio* oppido oriundus, Artium ingenuarum Studii
Lipzensis Magister Medicinæque Doctor, Collegii majotis
Collega, conscripsit commentarios præclaros in Metaphysi-
cam *Aristotelis*, & quædam alia. Claret adhuc.

LIX. CONRADUS NORICUS, natione *Ostrofrancus*,
ex Imperali *Nürenbergensi* urbe progenitus, artium & Medici-
næ Studii *Lipzensis* Doctor, vir in seculari Philosophia pluri-
mum doctus, & divinarum literarum non ignarus, Philoso-
phus, Orator, Medicus ac Mathematicus insignis, acutus in-
genio & oratione facundus, scripsit inter alia subnexa:

In perspectivam communem lib. 1.

In Sphæram materialem lib. 1.

Et judicia edidit singulis annis. Claret adhuc apud *Lipzenses*
A. D. 1514.

LX. HENRICVS GREVE natione *Saxo*, ex *Gotttingensi*
oriundus oppido, Artium Doctor, utriusque Juris Baccalau-
laureus, Collegii majoris Collega, disputavit de quolibet,
& subscripta recollegit opuscula:

De Testamentis lib. 1.

Super arbore consang. & affinitatis lib. 1.

Super regulas Juris lib. 1.

De privilegiis Studentium lib. 1.

De successione lib. 1.

Tractatum parvorum Logicalium, & multa alia. Floret ad-
huc *Lipsiæ* multa scribens.

LXI. VIRGILIUS WELLENDORFFER natione *Ba-
varus* ex *Salzburga* oriundus, Artium Doctor Studii *Lipzensis*,
S. Theologiæ Baccalaureus, conscripsit & recollegit hæc quæ
sequuntur opera: Trilo-

Trilogium de verbo intelligibili.
Heptalogium de septem artibus liberalibus.
Moralogium de moribus humanis.
Decalogum de impressionibus meteorologicis.
Polylogium de regimine civitatis. lib. 1.
Octologium de regimine domus. lib. 1.
Phylogium in naturalem Philosophiam.

Dum eum nuper visitassem A. 1514. ostendit opus imperfectum, quod adhuc sub incude versabatur, quod prætitulare decrevit; *In regale Isocratis præceptorium commentariolum.* Claret adhuc in *Lipzensi* Academia.

GREGORIUS BREDEKOPF *Conicianus*, natione *Prutenus*, ex oppido *Conitz* oriundus, Artium ingenuarum Studii *Lipzensis* Magister, S. Theolog. Baccalaureus &c. vita & honestate laudabilis. Congessit commentarios in summam Philosophiæ naturalis. **LXII.**

In summam totius Logices commentarios, lib. 1.

In institutiones Philosophiæ moralis. lib. 1.

In libros posteriorum Aristotelis, commentarium.

Orationes varias, item carmina quoque brevia multa.

JOHANNES HONORIVS, natione *Bohemus*, factus ex oppido *Cubito*, Artium Magister, Studii *Lipzensis* S. Theolog. Baccalaureus, metro excellens & prosa, Philosophus, Orator, Poëta, nec non Theologus, insuper & historiarum peritissimus, vir laudatissimæ vitæ. Conscripsit sequentia: **LXIII.**

Epitoma Valerii Maximi lib. 1.

Commentarios in Basilium Magnum. lib. 1.

Et varia Epigrammata. Claruit anno salutis 1497.

WVLFGANGVS SCHINDELER, natione *Bohemus*, ex oppido *Cubito* & ipse oriundus, Artium Magister, Studii *Lipzensis* S. Theologiæ Baccalaureus formatus disputator **LXIV.**

tator de quolibet hac tempestate, Congessit subscripta:

De Musica lib. i.

Compendium Philosophiæ naturalis lib. i.

LXV.

JOHANNES TVBERINVS *Erythropolitanus* (alias de Rotenburg) natione *Ostrofrancus*, Artium ingenuarum Studii *Lipzensis* Magister & Poëta insignis, vita & honestate conspicuus, concinnavit sequentia in *Lipzensi* Academia præclara opuscula, videlicet:

Musithiada, opus carminibus scatens, in novem Musas digestum.

De festis Domini nostri Salvatoris Jesu Christi, & B. Virginis ac illius laudibus.

Nec non de Vitis Sanctorum insigne & grande volumen. Argumenta in Poëtas, Epistolas & Orationes varias, Epitaphia, Epigrammata &c. Clare adhuc in *Lipzensi* Academia variacudens.

LXVI.

CHRISTOPHORVS DE SVCHEN natione *Prutenus* ex *Gedano* oriundus, Artium Studii *Lipzensis* Magister & Poëta clarus, *Canonicus Warmensis* &c. Edidit præclarum Epigrammatum opus, & alia varia carmina.

LXVII.

MARTINVS DE LOCHAW moribus & genere nobilis, natione *Theutonicus*, insignis Theologiæ Doctor, *Lipzensis* Universitatis alumnus, Abbas modo *Veteris Cella* dignissimus, qui quemadmodum cœnobium suum *Cellense* utilioribus ædificiis, ita etiam fratres suos, quos sub se habet, numero plusquam octoginta, & vita & moribus disciplinaq; regulariac variis literarum studiis tum humanis tum divinis exornari curat. Ob eam rem maximis impensis ampliavit novis structuris *D. Bernhadi Lipsiæ Collegium*, vir inter Prælatos Germaniæ magnæ & famatissimæ autoritatis, ac invictæ largitatis homo, *Cisterciensis* ordinis ornamentum, decus & corona. Qui cum perspicacis & ingenii & doctrinæ vir sit, plures

plures (& præcipue ad fratres suos) habuit tum ore tum scri-
pto sermones elegantissimos, potissimum cum adhuc cura re-
giminis & pastorali sollicitudine obrutus non esset; Extant e-
jus Sermones & collationes cum aliis. Nec mirum videri de-
bet alicui, quod viri nostræ tempestatis docti, præsidentes
locis religiosorum non plura scribant; cum sit plus quam satis
bene & utiliter aliis præfuisse, quam multos libros edidisse:
præsertim cum plures malitia temporum & hominum mali-
tia infestatione præpediantur. Claret adhuc in *Cellensi* suo
Monasterio *Misnensis* diœcesis suos semper meliores efficiens,
anno 1514. sub *Maximiliano* Rom. Imp. & *Leone* PP. hujus
nominis. X.

MICHAEL SCHMELZER natione *Theutonicus* LXVIII.
natus ex opido *Beiten* provinciæ *Misnensis*, Artium Magister
S. Theol. *Lipzensis* Universitatis Baccalaureus, Ordinis *Cister-*
ciensis Cœnobii prædicti *Veteris Celle* Monachus & Prior, Vir
in Philosophia seculari apprime doctus & in divinis scriptu-
ris plurimū eruditus, Philosophus, Orator, Theologus & o-
mnis harmoniæ Musicus laudatissimus, peritissimusque cho-
raules. Et cum sit profundæ inventionis & ingenii vir, variis
Cellense Cœnobium exornat opusculis. Comportavit miro
ingenio & brevitate *Viros illustriores Ordinum D. Benedicti & Ci-*
sterciensis. Scripsit insuper pro instructione fratrum juniorum,
quatenus Latine assuevisset loqui, Dialogos sex.

Sermones ad Clerum plures.

Epistolas etiam plures ornatas & elegantes ad diversos, quæ
volumen grande comportatæ facient. Vivit adhuc varia co-
tidie scribens.

LEONARDVS STEINMETZ, natione *Thurin-* LXIX.
gus patria *Ostrofrancus*, Studio & disciplina *Lipzensis*, & ipse
Abbas Monasterii *Cellensis* Ordinis *Cisterciensis*, S. Theolog.
Doctor celeberrimus; vir multæ doctrinæ: Egregias confe-
cit, &

F

cit, &

cit, & anno regiminis Abbatialis & post sermones ad Clerum, quæ cum aliis in dicto habentur cœnobio. Moritur hic venerabilis Pater in Abbatiali regimine & cura, sepultus in *Cella*, planctus à multis & Epitaphiis ornatus.

LXX.

ANTONIUS Abbas & in ipse quondam *Cellensis*, natione *Theutonicus* ex oppido *Mitvveidis* provincie *Misnensis*, Artium liberalium Magister & Theologie Baccalaureus, vir & morum probitate, & honestate vitæ conspicuus, orator facundissimus, cujus eloquentia & literarum elegantia admirationi multis fuisse, præcipue Regi *Vngariae Matthie*. Scripsit vero venerabilis & dilectæ memoriæ pater Epistolas plures ad diversos, quæ & in magno pretio habentur ob elegantiam. Item sermones ad Clerum. Renuntiavit sponte Abbatiam ob vitæ quietioris rationem, non, ut quidam impudentissimus blastero ac mendacissimus in quodam epistolandi modo falsissime scribit, à fratribus propriis dejectus & depositus.

LXXI.

MICHAEL MURIS alias *Meürer* / natione *Theutonicus* ex *Heino* oppido oriundus, ordinis *Cisterciensis Cellensis* Cœnobii Monachus, vir Studiosus, & literarum tum humanarum, tum divinarum lectione peritissimus, ingenio subtilis & sermone luculentus, Philosophus, Orator, Theologus, nec non Musicus, Citharædus, Organistaque præstantissimus, edidit infra scripta:

Compendium Musicæ lib. I.

De S. Benedicto orationem I.

Orationem aliam de eodem. I.

De S. Bernhardo orationem I.

De Spiritu S. orationem I.

De Assumptione B. Virginis. I.

Carmina & Epigrammata quoque varia. Vivit adhuc in prædicto *Cellensi* monasterio, quotidie novacudens Anno 1541.

LXXII.

PAVLVS RIPARIVS alias *Bachman* / natione *Theuto-*

Theutonicus patria * * * *, studio & disciplina *Lipzensis*, Monasterii *Veteris Cella Cisterciensis* Ordinis, *Misnensis* diœcesis, Coenobita, Procurator & Syndicus, Artiumque bonarum Magister insignis, vir ingenio præditus acuto & peripicaci, & claro insignitus eloquio. Et cum sit literarum studiosissimus, in agilibus nihilominus & externis rebus causisque monasterii tractandis & expediendis plurimum velox & expeditus. Retulit equidem mihi se ob causam quandam satis arduam quater & decies *Cistercium* ex *Alemania* petisse, & diligenter ac fideliter negotium sibi commissum executum fuisse. Cum itaque & metro & prosa satis exercitatus sit, scripsit nonnulla devotionis rithmicè opuscula, è quibus subnexa vidi:

Rosarium rythmicum cuncta Dei beneficia succincte complectens, incipit:

*Cujus immensa bonitas; omnia edidit prudenter,
Ob id agamus gratias; ipsum laudantes instanter.*

Hymnum quoque, cuius initium:

*Virgo Vestalis quæ te spondaristi,
Immaculatam sponsam fore Christi.*

Ad Moniales in laudem cœlibatus. Sermones complures in festivitibus ad fratres. Rithmos consolatorios, præcipue rebus in adversis, in laudem B. Job. patientiæ specularis. Vivit adhuc.

LUDIGERUS Abbas tertius cœnobii *Veteris Cella*, LXXIII vir usque quaque doctissimus, & divinarum scripturarum scrutator ac Doctor profundissimus, scripsit in tribus voluminibus sermones celebres spectatæ doctrinæ, orthodoxos Ecclesiasticosque stilo suo Doctores insecutus, in quibus divino & terço eloquio plerasque divinæ scripturæ difficultates latentisque sensus sub vario subtilique interpretamento luculenter resolvit. In quibus revera declamationibus, qualis vir iste, & quantæ devotionis, compunctionis, charitatis, zeli,

pietatis, humilitatis, perfectæque virtutis fuerit, dilucide à quoque venari potest. Fertur quod de ordine *Canonicorum*, quos *regulares* appellant, ad *Cistercienses* transmigravit. Claruit 1125.

LXXIV

MATTHÆUS monachus, professor Monasterii *Aula Regie in Bohemia*, *D. Cisterciensis* Ordinis, vir in sacris literis eruditissimus & seculari Philosophia nobiliter & assatim instructus, Artium Magister, & S. Professor Theologiæ; Philosophus & Dialecticus acutissimus. Hic disputando *Iohannem Huss* hæresiarcham, divinarum scripturarum autoritatibus & rationibus gloriose vicit: eapropter *Hussitarum* insidias per metuens è *Bohemia* ad monasterium *Veteris Cella* se transtulit, isticque complura edidit, quæ usque hodie in amplissima & pulcherrima prædicti cœnobii bibliotheca extant, & haud parum eam illustrent: Inter quæ subnexa habentur:

Super summas quæstionum libb. iv. Incipit: *Iesu Christi gratia directrice humiliter postulata.*

Lecturam super Evangelium Matthæi lib. i. *Iste liber rotalis Evangelicus.*

Commentarios in hymnos *Cisterciensis*. lib. i. *Stephani primi Martyris.*

Super tres quinquagenas *Psalterij* tria grandia & aurea volumina, quorum primum incipit: *Aperiam in Psalterio propositionem meam.* Secundum: *Quid gloriaris in malitia, &c.*

Tertium vero: *Domine exaudi orationem meam.*

Claruit tempore Concilii *Constantiensis.*

**

*

CATA-

CATALOGVS

VIRORVM ILLVSTRIVM QVI IN FRAN-
COPHORDIANO GYMNASIO CIS ODE-
RAM AB EXORDIO IPSIVS SCRIP-
PTIS CLARVERE.



CONRADUS WYMPNA de *Buchen* opido O. LXXV.
dennwaldensi, diocesis *Herbipolensis*, bonarum ar-
tium & Theologiae Professor, Poeta & Orator non
extremus, Cathedralium Ecclesiarum *Brandebur-*
gensis & *Havelbergensis* Canonicus; qui cum aliquot supra vi-
ginti annos universas bonas artes, Philosophiam & Theolo-
giam, Poeticamque, privato publicoque stipendio in *Lipzensi*
Gymnasio, ubi majoris Collegii Collegatus erat, interpreta-
tus esset, & frequenti semper auditorio legisset, ac per hoc
multos, sui in optimam partem memores, bene merendo
pellexisset: saepeque & multum cum diversis congressus æ-
mulis, argutias eorum calumniasque & scriptis & dictis, &
sub Archiepiscopi *Magdeburgensis* & Primatis *Germaniae* censu-
ra pro tribunali egregie repressisset, & hinc etiam Cardina-
lis legati Apostolici motu proprio, ob ejus famam & eloquen-
tiam, quam excipiendo eundem ostentavisset, in publico D.
Pauli templo, assistente & impellente tota *Lipzensi* Academia
& etiam Theologica facultate praesentante, ex Licenciato
Magister Theologiae prodisset: Tandem per Illustrissimos
Brandenburgensium Marchiones ad erigendam novam in *Fran-*
cophordio ad *Oderam* Academiam non sine magno stipendio ac-
cessitus, illis ejusdem Universitatis prima jecit fundamen-
ta; Rector utriusque Collegii Academiae Collegatus, & The-
ologiae Decanus. Vivit adhuc continue scribens, ac operas
scholasticas navans, ex quibus multa jamdudum impressa
circumferuntur opera, & quaedam adhuc edenda supersunt,

quæ tamen jam condita ipsi vidimus & contrectavimus, quibus nomen suum immortalitati reddidit; ut sunt subnexa:

Editio proprietatum Logicalium, in commentatione non vulgari libri iv. Incipit: *Locuturus de multiplicibus termino-*

De erroribus Philosophorum in fide Christi lib. 1. *(rum.*

De nobilitate cœlestis corporis. lib. 1.

De eo an animati cœli possint dici. lib. 1.

De nobilitate animarum cœli. lib. 1.

De fato, opus insigne & præclarum. libri iii.

Palilogia de Theologico fastigio, libb. iii.

Panegyrici de Christi mirabilitate ac sublimitate. libb. v.

Apologeticus in sacrae Theologiæ defensionem lib. 1.

Apologia secunda contra obtrectationem Theologiæ. lib. 1.

Apologia III. ad Mellerstatinas offensiones & denigra-
tiones S. Theologiæ. lib. 1.

Apologia IV. contra Laconismum Mellerstat. pro de-
fensione Theologiæ. lib. 1.

Apologia V. pro repressione errorum Mellerstat. lib. ii.

Cribratio intergiverfationes Martini Mellerstat. lib. 1.

De ortu, progressu, & fructu S. Theologiæ. lib. 1.

Super Sententias. libb. iv. & est volumen grande, in
quo fere omnium Scriptorum opiniones sub forma epitoma-
tis revocat. Horum librorum primus est impressus.

Præcepta coaugmentandi Rhetorice orationes lib. 1.

Opus quodlibeticæ disputationis mirum & varium.

Oratio habita in aula Doctorali Studii *Lipzensis* pro re-
ceptis insignibus à Legato. Initium: *Non sum nescius Reveren-
dissime Pater.*

Orationes in exceptionem Reverendissimi Legati Car-
dinalis *Gurzensis* duas. Initium *Quandoquidem non mea sponte.*

Oratio congratulatoria pro Reverendissimo Cardinali
Brixensi. Oratio

Oratio in primitiis Illustrissimi Principis & Archiepiscopi
Magedburgensis, Domini Alberti, Marchionis Brandenburgensis.

Bellorum illustrium actorum Alberti Ducis Saxonie
Epitome carminum libri III, Initium: *Saxonicos revocare Du-*
ces conabor avitos.

Epitaphia ejusdem Ducis.

De Univerſitate & civitate *Lipſenſi* carminum libri II.

Oratio invocatoria in miſſa quodlibeti *Lipſenſis*: Initi-
tium: *Cogitanti mihi majorum juffu.* &c. Præterea carmina
& Epigrammata varia, Epistolæ quoque ad diverſos innume-
meras. Claret adhuc in prædicto *Francophordenſi* Gymnaſio,
varia conſcribens, ſub Imp. Romanorum *Maximiliano & Leo-*
ne PP. X. 1514.

JOHANNES LANDHOLTZ, natione *Teutoni-* LXXVI
eus, patria *Montſburgenſis*, diſciplina *Francophordiſis*, Colle-
gatus ibidem, artium & utriuſque Juris Doctör, vir in omni
Philoſophia conſummate doctus, edidit infra ſcripta:

Super Logica volumen ingens.

Super Phyſicæ ſummam Alberti lib. v.

Super de anima Ariſtotelis libb. III.

Super parvis naturalibus. libb. VI.

Super parvulo Philoſophiæ lib. I.

Super de eſſe & eſſentia. lib. I. & pleraque alia.

Vivit adhuc ſub *Maximiliano* Cæſare, anno 1514.

MATHIAS FUNCK, natione *Teuton-* LXXVII
us, patria *Haynovienſis*, diſciplina *Francophortenſis*, bona & m Artium
Magiſter, Philoſophus, Orator, & Poëta inſignis, In ado-
leſcentia carmine inſignis & proſa; edidit:

De laudibus S. Annæ, heroico metro. lib. I.

Genefin Marianam heroico carmine. lib. I.

In hominum effrenem petulantiam ſatyram. lib. I.

De ge-

De gemino vitæ humanæ calle ex Pythagorica tradi-
tione.

D. Hedvvigis vitam carmine heroïco.

Claret adhuc in Studio *Francophurdiano*, varia conscribens.
anno 1514.

LXXIIX. FABIANVS FVNCK, natione *Teutonicus*, patria
Haynoviensis, disciplina *Francophurdensis*, germanus præfati
Matthiæ Funck, hujus *Academiæ Collegiatus*, vir in seculari
Philosophia nobiliter doctus, Græce & Latine abunde do-
ctus, Philosophus Orator & Poëta quam clarissimus. Scripsit
elegantè metricè complura, quibus subjecta feruntur:

De laude *Philosophiæ* & ejus inventionè, carmine
elegiaco.

De laude septem artium & inventionè elogium aliud.
Incipit: *Martius infractis orbem subjecerat armis*. Vivit ad-
huc in *Gymnasio*. anno 1514.

LXXIX. HERMANNVS TREBELIVS, natione *Thurin-*
gus, patria *Isenachensis*, jus civile in *Francophordiana* *Univer-*
sitate publico stipendio docens & enarrans, *Jureconsultus* o-
mnium celeberrimus, nec non *Rhetor* luculentissimus atque
Poëta Laureatus. Scripsit & edidit plura carmine ac soluta
oratione, è quibus subjecta duntaxat vidi:

Epigrammatum & carminum libb. II.

Encomion heroïcum D. *Annæ*. lib. I. *Maxima Di-*
vorum genetrix venerabilis Anna.

Pyram Marchiticam de perfidia *Judæorum Berlini*
crematorum. lib. I.

Tumultuaria & varia ad diversos.

Claret adhuc *Francophordiano* in *Gymnasio*, continuo no-
va cudens, quibus nomen suum posteris memorandum re-
linquit. An. 1514.

Publi-

PUBLIUS VIGILANTIUS, natione *Teutonicus*, LXXX.
patria *Argentoratensis*, disciplina & studio *Francophordensis*,
Poëticam ibidem publice professus, vir utique præstantis
ingenii, eloquio disertus promptissimusque, Philosophus,
Orator & Poëta eminentissimus, nec ulli ævo nostro se-
cundus. Scripsit in utroque stilo, carmine pura & soluta
oratione (cum in utroque non vulgariter doctus existeret)
pleraque ad posterorum utilitatem immortalis laude digna
& memoria: videlicet:

Epigrammatum & Carminum lib. 1.

Pro Gymnastica Marchionis *Joachimi*. lib. 1.

De situ & conditione urbis *Francophordiana* & Acade-
miæ ejusdem. lib. 1.

Hic cum ad *Italiam* tenderet, inde ad nos Græcanicas trans-
laturus literas, fato admodum acerbo & miserando intra
urbem *Wimpnam* & arcem *Ravensburgum* à vespilionibus te-
lo transiectus & necatus occubuit, anno salutis nostræ su-
pra sesquimillesimum duodecimo mense julio, imperante
D. Maximiliano Cæsare meritissimo.

Epitaphium *Publij Vigilantij* Oratoris & Poëtæ cele-
berrimi per *Rudolphum Agranium* *Hambur-*
gium, &c. editum.

Fata redegerunt Vigilanti membra beata

In lethum, patrii spemque decusque soli.

Extulit innumeris quem *Francophordia* nuper

Laudibus insignem, dum pia vita manet.

Quem studiosa choros & sacra poëmata lugent,

Omnis & extinctum turba diserta gemit.

Docta, precor juvenis, dic molliter ossa quiescant,

Verbaque pro tanto fundito digna viro.

G

Epita-

Epitaphium aliud pro defuncto vate
Publico Vigilantio.

HIC SITUS EST PUBLIUS VIGI-
LANTIVS VIR VNDECVNQVE DO-
CTVS ET ELOQVENS.

QVI DVRA ET IMMERITA MORTE
PERIIT INNOXIVS,

DVM GRÆCORVM ELEGANTIAM
EX LATIO IN ACADEMIAM FRAN-
COPHORDIANAM TRANS-
FERRE PARAT.

QVEM VITA FVNCTVM DOCTÆ CVM
PRÆSIDE APOLLINE LUGENT
MUSÆ.

DISCIPULI PRÆCEPTORI BEATO HOC
QVALECVNQVE POSUERE
VALE.

ANNO 1512.



WITTENBERGENSIS ACADEMIÆ
SCRIPTORES SEQUUNTUR
ILLUSTRES.

BENNINGUS BODE, natione *Saxo*, patria **LXXXI**
Havelbergensis, Studio & disciplina *Erfordensis*, pro
nunc vero *Wittenbergensis* Gymnasii decus, orna-
mentum & corona, & ibidem Collegatæ Ecclesiæ
Præpositus, nec non Juris facultatis Ordinarius, Juris utrius-
que Doctor celeberrimus, Vir gravis & spectatus, ingenio a-
cutus & disertus eloquio, scholastici laboris supra modum pa-
tiens, in liberalibus disciplinis supra modum doctus, juris
consultus consummatissimus, & nostræ tempestatis juris
consultorum facile princeps, fons canonum, & dubiorum
promptissimus & acutissimus interpret. Qui cum in *Erfordensi*
Gymnasio Doctoribus præ cæteris scientia juris emineret, ef-
setque in agilibus non tam dicendo quam exequendo ar-
gutissimus, omnium voto in Ordinarium scholæ erigitur,
quam exin per multos annos gloriose non sine maximo disci-
pularum profectu & sua laude gubernavit. Tanta siquidem
fama & opinione suæ sapientiæ & nominis fragrabat, ut to-
tius *Germania* Principes & Rectores in arduis negotiis summo-
pere ejus & ingenio & consiliis uti desiderarent. Hinc & ab
iisdem crebrius ascitus, peractis & expeditis prospere & e-
gregie causis, maximis honoratus est xeniis donariisq;. Gra-
vissimas siquidem & multas sæpe totius ferme *septentrionis* dis-
fensiones sua industria & eloquentia consultissime & fructuo-
se abstulit; quas inter haud minima fuit ea, quam in littore
Balthici maris luculentissime & perorando & persuadendo in-
ter Regem *Dacia* & *Lubecenses* (qui utrinque diu funeste &
cruenter disceptaverant) pacem & concordiam faciendo,
cum magna sua & laude & gloria sedavit, sustulitque. Tan-
dem

dem Sathanæ malignitate & versutia instigante, cum inter
cives & Consules haud parva seditio, & perniciosa satis par-
tialitas orta fuisset: ipse loco cedens, & quietem Studii tran-
quillitatemque exoptans, *Saxonia Ducum* hortatu auxilioque
Wittebergensem, novam satis Academiam, petiit, quam & ca-
tenus legendo, docendo, atque scribendo, cum ingenti au-
ditorum proventu illustravit, & hodie eximiis suis lucubra-
tionibus consiliisque collustrare & decorare non cessat. Scri-
psit clari ingenii sui quædam utilissima & liquidissima monu-
menta, quibus nomen suum cum immortalis gloria & laude ad
posterostransmisit; de quibus ego vidi:

Consiliorum iv. grandia volumina.

Super decretalibus.

LXXXII.

Super Authentico.

OTHO BECKMAN, natione *Westphalus*, patria
Wertbergensis, *Padebornensis* diœcesis, artium ac humaniorum
literarum Professor in Academia *Wittenbergensi*, stipendio
FridERICI Ducis Saxonix, Philosophiam, Oratoriam, Poëti-
camque, cum magno auditorum proventu publice docens &
enarrans, vir undecunque eruditissimus, Philosophus valde
acutus, ingenio subtilis, eloquio comis & disertus, disputator
acerrimus, conversatione & vita totus humanus, jucundus,
festivusq; metro, & prosa doctissim⁹. Scripsit utroq; stilo non
parvæ utilitatis opuscula, inter quæ publicata sunt & in lu-
cem edita subscripta:

Panegyricum ad *Ericum* Episcopum *Padebornensem* &
Oswaldum ex Ducibus *Brunsvic*.

Orationem ad Patres Academiae de laudibus Philoso-
phiæ cum quibusdam carminibus, lib. i.

Epigrammatum lib. i. *Jam chorus vatum*.

Orationem ad D. *Katharinam* Deam tutelarum lib. i.

Vellem viri Wittenbergenses.

Panegy.

Panegyricum ad Episcopum Bremensem *Christophorum*.
incipit: *Cesaream stirpem.*

Scriptit & alia nondum in lucem edita. Vivit usque hodie in Academia *Wittenbergensi*, cum discipulorum frequentia, & LXXXIII professionem suam non obscuriorem reddit. 1514.

CHRISTOPHORUS SCHEURLIN, natione *Teutonicus*, patria * * * *, disciplina & studio *Wittenbergensis*, U. J. D. & interpres celeberrimus, in omnium deniq; disciplinarum genere cumulatissime peritus & doctus. Ingenio subtilis, disertus eloquio, cautusque consilio. Vir denique adeo consiliis & doctrina emunctus, & rebus civilibus forensibusque causis tractandis expeditus & promptus, ut eum *Niirenbergenses*, quoties illius fruerentur consultationibus, publico conducerent stipendio. Hic apud *Wittenbergenses* integro lustro jus civile professus est, magnamque eruditionis suae laudem reliquit. Fertur complura cudisse opuscula, quorum ego unum vidi *Wittenbergæ* in Castrensi Ducis Saxoniae *Fride-* LXXXIV *rici* Bibliotheca quem propria manu ad eundem scripsit Principem.

ANDREAS BODENSTEIN, *Carolo-statinus*, artium & S. Theol. D. Archidiaconus & Canonicus Ecclesiae Collegiatae & exemptae omnium SS. in *Wittenberg*, vir in divinis scripturis eruditus, & tam in jure Canonico, quam in Philosophia Aristotelica valde doctus: Philosophus, Orator, Poeta, nec non Theologus plurimum famigeratus. Ingenio subtilis ac vehemens, clarusque eloquio, Hebraicarum, Graecarum, Latinarumq; literarum non ignarus, Dialectic⁹ disputator acerrimus, *Thomae* pariter & *Scoti* sectator vigilantissimus, metro insuper excellens & prosa. Scripsit multa insignia opuscula, quibus memoriam nobis sui (ut ita dicam) reddidit immortalem; de quibus subnexa vidi, quia & quaedam impressa venduntur: De intentionibus pro vera opinione S. Thomae. lib. 1.

De Formalitatibus Thomistarum. lib. i. i.
Quæstiones in libros Metaphys. Arist. lib. i.
Epigrammata quoque & Epistolas.

Comportavit in super novas concordantias seu convenientias ad forū contentiosum pertinentes, juris tam Canonici quā civilis & Doctorum Scholasticorum *S. Thomæ* & subtilissimi *Scoti*: in quibus necessitudinem & nexum duorum studiorum, scilicet Theologici & juridici ostendit; sperans dummodo impressæ fuerint, eas utilitati & admirationi futuras. Cæterum cum literarum amore & mutuae agnitionis Platonico more hoc anno, quo hæc scribo, eum visitassem, & indicem lucubrationum, operumque ipsius exoptularem, exposuit quotidie una hora in conventu *Minorum* leges Doctorum subtilissimum per eundem Doctorem, i. e. Scotum per Scotum, & fecit concordantias multo labore, quas sperat Scotistis admodum profuturas; ita enim suos auditores sentire intellexit; Claret adhuc in Academia *VVittenbergensi*, semper nova scribens sub *Maximiliano* Roman. Imp. & *Leone* PP. X. A. 1514.

LXXXV ANDREAS CRAPPUS, natione *Theuto*, patria & Studio *VVittenbergensis*, vir & in secularibus & divinis literis non mediocriter doctus, Orator & Poëta insignis, carmine excellens & ptofa; Scripsit quæ impressa extant:
LXXXVI De institutione honestæ vitæ, metricæ. lib. i.

Epigrammatum lib. i.
Vivit usque hodie varia conscribens, anno 1514.

BURCKARDUS HORNECK, natione *Ostrofrancus*, patria *Heilbronnensis*, clarissimus Medicinæ Doctor, animo & genere spectabilis, nobilisq; Philosophus, Orator, Physicus & Poëta insignis. Qui cum esset in bonis artibus & in Philosophia eruditissimus, & in medicina universaliter peritus & doctus, tam in *Italia*, quam in *Germania* apud Reges ac Principes & quoscunque optimates in summo pretio & honore habi-

habitus est. Nam & *Friderici III.* Imp. Serenissimi multos per annos familiaris & amicissimus extitit Physicus. Deniq; *Herbipoleensis* suis meditationibus & consiliis * * * * per annos salutaris & accommodatissimus fuit, & adhuc manet hodie; vir grandævus & venerandæ canitiei provectæque ætatis homo, utpote octuagesimum vitæ agens annum, vivacissimo tamen nihilominus adhuc sensu & intellectu vicens. Et cum in liberalibus disciplinis, ut sum fatus, doctissimus sit; divinarum attamen scripturarum, i. e. sacre Theologiæ non parvam scientiam possidet; metricam in super artem non mediocriter callet. Scripsit & in Medicina & in Theologia non parvæ utilitatis opuscula, quibus famam nominis sui, & nunc præsentibus & post futuris, longe lateq; innotuit. Et horum quidem aliqua impressa sunt; alia in lucem nondum prodierunt, è quibus ego vidi subnexa:

Super sententias per figuras.

De regimine sanitatis, carmine. lib. 1.

LXXXVII.

De morbo Epidemiæ & cura ejusdem lib. 1.

Claret adhuc apud *Herbipolim* varia conscribens, anno 1514.

HIERONYMUS Schenck, de *Summarv*, natione * * * * * animo vir ingenuus & sanguine generosus, in literis humanitatis egregie doctus, Philosophus & Orator eloquentissimus, & divinarum quoque Scripturarum & Juris civilis non ignarus, homo literis indulgentissimus & veterum lectione dives peritissimusque, ingenio promptus & clarus eloquio, cautus consilio, & sententia certus. Scripsit ingenii sui opuscula quædam quam pulcherrima, quibus nomen suum cum laude transmisit ad posteros, è quibus impressa extant:

LXXXIIX.

Ad *Fridericum* Ducem Saxonie De vera nobilitate lib. 1.

HEINRICVS AQUILONOPOLENSIS, natione *Theutonicus*, patria, disciplina & Studio *Vitzenbergensis*, vir magni ingenii & Tullianæ eloquentiæ vehemens æmulator,

tor,

ror, Philosophorum præceptis nobiliter instructus, divina-
rumque scripturarum non ignarus: Grammaticus, Philoso-
phus, Rhetor, & Poëta nulli nostro ævo secundus, ingenio
ingenio subtilis, sensu clarus & disertus eloquio, jurium non
imperitus. Scripsit ad laudem & decorem Academiæ *Wit-
tembergensis*, & utilitatem legentium, & carmine & prosa præ-
clara opuscula, quæ impressa circumferuntur, videlicet:

Sophologiam lib. 1.

De vita & laudibus S. Augustini metricè lib. 1.

LXXIX.

Epigrammatum lib. 1.

Vivit usque hodie varia conscribens, anno 1514.

JODOCVS ISENACENSIS, natione *Tentonicus*,
patria *Thuringus*, ex oppido *Isenacensi* oriundus, *Erphordiana*
Univerſitatis alumnus, artium & S. Theolog. D. insignis,
ibidem *B. Mariae Virginis Ecclesiæ Collegiatae* **Canonicus**,
vir magnæ doctrinæ & opinionis, utpote in seculari Phi-
losophia profundissimus, & in divinis haud mediocriter do-
&us, Philosophus, Orator, ac Theologus celeberrimus, nec
non acutissimus dialecticarum quæstionum disputator, sectæ,
ut ajunt, modernorum, ac *Buridani* imitator ac propugnator
validissimus, & non minus scientia & virtute quam sacer-
dotali sanctimonia & honestamento decorus. Hic post ma-
gisterii insignia multos uberes labores scholasticos in dicta
Erphordiana Academia exegit, ob quorum fructum & utilita-
tem cunctis Studiosis & Philosophantibus quam acceptissi-
mus ac charissimus existit. Hic denique ob vitæ & doctrinæ
suæ famam ab *Saxoniæ* Ducibus accersitus, ab eisdem *Witten-
bergam* ob novæ ibidem nuper fundatæ Univerſitatis corro-
borationem & collustrationem mittitur. Vbi cum & in huma-
nioribus & sacratoribus literis pleraque non sine auditorum
profectu aliquamdiu revolvisset; exinde Erphurdiam reversus,
tam docendo, quam scribendo quotidie & præsentibus &
longe

longe post futuris prodesse suis lucubrationibus haud cessat
de quibus subnexa duntaxat vidi:

Summam de Dialectica insignem. lib. i.

Summam grandem in totam Physicam libb. viii.

Epistolas & orationes complures.

Vivit usque hodie in Gymnasio *Erphordensi* & varia componit, cum tempore in lucem producenda; sub *Maximiliano Rom. Imp.* & *Leone X.* Anno 1514.

JOHANNES RES, natione *Teutonicus*, patria *O-*
strofrancus, è nobili *Herbipolensi* civitate oriundus, studio &
disciplina *Erfordensis*, Collegatæ S. Johannis Ecclesiæ *Herbi-*
polensis Canonicus, & ibidem Majoris Ecclesiæ S. *Kiliani* elo-
quentissimus famatissimusque verbi Dei concionator. Adeo
siquidem apud Cleros plebeiosque in pretio, opinione quo-
que, conspicuus est, ut nemo ex populo nisi suis in ignitis
& devotissimis sermonibus vivendi normam acceperit, or-
thodoxum se satis existimet: ex clero vero nemo se sat utili-
ter & granditer eleganterque ad vulgus declamaturum præ-
sumeret, nisi ab eo velut *altero Augustino*, *Teutonicoq; Ciccone*
artem dicendi & prædicandi vendicaret. Est quippe perspi-
caci & excellenti præditus ingenio, & eloquio non tam flo-
rido quam disertissimo comtus & ornatus, S. Theologiæ D.
consummatissimus, & in jure Canonico valde peritus, atque
in dialecticis subtilitatibus acerrimus disputator, zelator ani-
marum totus sincerus & fervidus, pater pauperum, & egeno-
rum patronus, nec non veritatis irrefragibilis prædicator,
tutorque: qui vitia Principum ac optimatum & cujuscunque
status Prælatorum non palpare, sed in spiritu *Helix* increpa-
re & arguere novit. Porro ob Christianissimam saluberrimamque
in concionando, quam potens est dare, doctrinam, pariterque vitæ integritatem, apud Reges, Principes
ac Præ-

XC.

H

ac Præ-

ac Præsules in summo honore habetur & pretio. Neque enim minus conversatione honestissima, quam scientia solidissima claret supereminetque. Scripsit quaedam præclara denique opuscula, ob quorum editionem Scriptoribus Ecclesiasticis digne annumeratur, ad posteritatis notitiam cum eisdem cum laude transmittendus; è quibus extant:

Sermones elegantissimi de tempore lib. 1.

Sermones quoque de Sanctis lib. 1.

Orationes ad Clerum. lib. 1.

Epistolarum ad diversos lib. 1.

Claret adhuc apud *Herbipolim*, & continua divini verbi prædicatione & mirabili sua eruditione pariter & exemplo, multos ab iniquitate retrahit, & veritatis ad tramitem cœlestis patriæ dirigit ducitque, anno 1514.

XCI.

JOHANNES PALSnatione *Theutonicus*, patria *Suevius*, disciplina Studioq; *Lipzensis*, Canonorum Regularium monasterii *Novi operis* prope *Hallis* Præpositus, Decretorū Doctor, & banni *Hallensis* Archidiaconus insignis, vir tam in divinis scripturis, quam secularibus literis eruditissimus, Jureconsultus nec non Theologus Latina & vernacula lingua facundissimus, non minus conversatione & exemplo quam scientia rutilans. Hic ob vitæ suæ integritatem, & sumam in agilibus consilii sui prudentiam, apud *Ernestum* nuper *Sconie* Ducem, & modo penes Illustrissimum *Albertum*, Marchionem *Brandenburgensem*, *Parthenopolitanæ* Ecclesiæ Archipræsules, in summo honore & pretio habitus est, hodieq; habetur. Vir deniq; inter Prælatos ejusdem diœcesis magnæ autoritatis & invictæ largitatis homo, Canonici ordinis specimen, decus, & corona. Quo in *urbe Romulea* consistente, & interea patre defuncto monasterii, *Nicolao * * * Vestrensi*, ævo no-

stro

stro historiographo eminentissimo, & alias undecumque doctissimo; unanimi fratrum conniventia & consensu successor eligitur atque Præpositus. Sane pastoralis cura & regimine assumpto, regularis disciplinae statum cum sibi commisso grege, pariterque exteris cum monasterii rebus, præfens ad ulque tempus, modum in mirum auxit, amplificavit, decoravitque; adeo ut L. fratrum, doctis etiam & eruditis interlucentibus viris, haud paucis, conventum habeat magnum atque decorum: Quos velut pastor bonus doctusque pater-familias quotidie verbi divini pabulo pascit, & non modo verbo, verum & exemplo subsidioque sustentat, & ad videntia æternæ vitæ pascua ducit, dirigitque: & id non tantum per se, verum & adolescentiores bonæque indolis fratres, etiam secularium literarum Professoribus, Grammaticis, Oratoribus & Poëtis publico stipendio conductis, Græce & Latine instrui facit & imbui. Præterea nec hoc infimam ad ipsius laudem facit, & famam, quod in florentissima *Lipzensi* Academia pro Studentibus & Philosophantibus sui Ordinis regularibus Canonicis, maximis sumtibus collegium à fundamentis novum nuper ædificare & construere coepit: Studiosorum hominum & Doctorum mirus amator, promotor & fautor, & antiquissimæ Philosophiæ indagator solertissimus.

JOHANNES DE KITZSHER, ex nobilissima *Kitzsherorum* familia genitus, patria *Misnensis*, *Colbergensis* & *Aldenburgensis* insignium Cathedralium Ecclesiarum Præpositus, ac *Nuenburgensis* Canonicus, juris utriusque interpretis ac Doctor eminentissimus, reliquarum quoque bonarum literarum non ignarus, Philosophus denique, Orator, Poëta, nec non Historiographus omnium peritissimus. Hic

XCII.

H 2

diu in

diu in *Italia* studuit, ac cum magna sua laude & *Italorum* admiratione in juris subtilitatibus omnique scientia profecit, adeo, ut brevi juris consultissimus evaderet. Hic utriusque Collegii *Bononiensis* Academiae factus Rector, dum istic literaria fungeretur palæstra, inter alia ad *Philippum Beroaldum* sibi amicissimum, *Dialogum de Imperij rebus* scripsit disertissimum. Cum itaque perspicacis ac prope divini esset ingenii, revertus ex *Italia* oris ad proprium nataleque solum, magnæ eloquentiæ & haud parvæ utilitatis opuscula conscripsit, quibus nomen suum posteris memorandum reliquit; è quibus in lucem nuper redacta & impressa circumferuntur:

Dialogus prædictus de Imperii rebus, cum Epitomate Historiarum, tam Romanarum quam externarum, lib. 1.

Dialogus in defensionem poëtices, in qua Musæ interloquuntur.

Dialogus in quo Virtus ac Fortuna disidentes decerant: Temperantia & Castitas interloquuntur.

Dialogus in quo Virtus à Fortuna loris & vinculis constringitur, & in quo eadem Virtus ad Leonem Pontificem provocat, & illius sententiam.

Orationes ad *Alexandrum* Papam, ad *Julium* quoque II. item ad Reges, *Neapolitanum*, *Francia*, & ad omnes status *Italia*; & responsa singulorum.

Orationes ad *Venetos*, & Regem *Ungaria*.

Epistolas quoque elegantes plures ad diversos.

Claret adhuc cum magna vitæ fama, & sui gloria, annos natus XLIV. sub *Maximiliano* Imp. & *Leone X.* anno 1514.

XCIV.

JOHANNES BABENBERGA, natione *Ostrofrancus*, patria *Babenbergensis*, studio & disciplina *Lipzensis*, Ordinis *Minorum* Guardianus monasterii *Citzensis*, sacrarum litera-

literarum Doctor præstantissimus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, in seculari Philosophia magnifice doctus; ingenio acer & vehemens, eloquio dulcis atque disertus, Philosophus, nec non Theologus eloquentissimus, & in Dialectica disputator valde acutus, non minus conversatione, quàm eruditione venerandus. Hic cum & in cathedra & docendo, & in ambone declamando multos per annos sua doctrina & eruditione in tota ferme *Saxonia, Thuringia, Misniaq.*, quam notissimus foret, & in rebus Ordinis agitatus non parum, nullo tamen sacrarum literarum studio intermisso, complura subtilissimi sui ingenii simul & eloquentiæ, posterorum pro utilitate & sua immortalis memoria & laude edidit, è quibus extant:

Sermonum de tempore. lib. I.

Sermonum de Sanctis. lib. I.

Quæstionum disputatarum. lib. I.

Collationum ad Clerum. lib. I.

Claret adhuc in conventu suo *Cirzensi* varia conscribens, cum tempore in lucem producenda, anno 1514.

HIERONYMUS, *Düngrasheim* / natione *Ostrofrancus*, patria *Ocksenfurtensis*, diœcesis *Herbipolensis*, artium & S. Theol. Professor, in Studio *Lipzensi* primo coaluit, & in artibus multis annis rexit, & primos in Theologia gradus pro labore ac fideli studio ac vitæ integritate assecutus est. De hinc cum in diversis locis verbum Dei aliquot annis non sine maximo populorum fructu disseminasset, tempore jubilei ad *Germaniam* per *Iulium* Papam II. post annum Dom. 1500. concessi, Commissarius & Prædicator Domini *Raymundi* Cardinalis & Legati fuit, cujus & amicitias haud modicas consecutus est. Post hæc & ad extera concessit studia, *Bononiense, Senense & Coloniense*, ubi in Theologia & jure Canonico proficiens,

H 3

ficiens,

sciens, tandem *Lipzim* reversus, ab Illustrissimo Principe *Saxonia Duce* plurimum sibi gratiofo ex camera ipsius stipendiarus, ac majoris Collegii ibidem Collega designatus, literas divinas multis annis cum magno discipulorum profectu edocuit. Existens autem *Roma* pro nulla instetit beneficiali provisione, nec etiam à Curialibus ad hoc persuasus aut instare, aut occasione gradus Doctoralis vacantias mittère voluit, malens mediocritate sua contentus esse, quam fraudibus & periculo, quod multi talium solent, quicquam assequi. Cum itaque vir sit emunctissimi ingenii & magnæ doctrinæ, nullum prorsus tempus transire finit, quin aliquid aut legat, vel posterorum ad utilitatem conscribat. Sunt autem, quæ usque modo scripsit, ea quæ sequuntur:

Epithomata super iv. libros sententiarum.

Ad primam partem B. *Thoma* Conclusiones cum rationibus earundem, ex dictis ipsius S. Doctoris tractatus.

Conclusiones ad primam primæ ejusdem cum rationibus, ut supra. (&c.

Conclusiones ad secundam 2dæ, ejusdem Doctoris,

Conclusiones item ad tertiam partem ejusdem, &c.

Conclusiones ad disputata de quolibet, ejusdem cum rationibus.

Conclusiones ad materias de virtutibus ejusdem cum rationibus.

Tractatum de modo discendi & docendi sacra ad Archiepiscopum *Parthenopolitanum*.

Compendium confessionis faciendæ, pro artium Studiosis.

Confutationem Pseudoapologetici hereseos *Picardie* ad *Georgium Ducem Saxoniae*.

Collectura super tribus quinquagenis Psalterii.

Tetralogus de Studio *Lipzensi*.

Sermo

Sermones ad Clerum decem.

Sermones populares de fide & moribus.

Institutiones domus Theologorum.

Orationem funebrem habitam pro Reverendissimo Domino *Melchior de Mecke*, Episcopo *Brixensi*, & S. R. E. Cardinali, universitatis *Lipzensis* (cujus olim alumnus fuerat) magnifico donatore.

Orationem funebrem pro Domino *Hermanno Stolberg*, Artium & Theologiae Professore, Collegii principis *Lipstae* Collega, qui obiit in reversione de terra sancta.

Orationem pro laudibus *Franciae Orientalis*, de eo quod *Carolus Magnus Francus fuit Germanicus*.

Orationem pro magistrandis in Theologia.

Ad Universitatem *Lipzensem* sub officio Rectoratus Orationes tres, diversis temporibus.

Recommendationes seu Orationes promotoriales a Principia in Lecturas. (liquot.)

Quaestiones varias disputatas.

Problemata centum cum dissolutionibus suis.

Epistolas plures ad diversos.

Officium pro universali festivitate *Deiparae Virginis*, quod scilicet simul decem continet festivitatum ipsius prerogativas; videlicet *Conceptionis*, *Nativitatis*, *Præsentationis*, *Desponsationis*, *Annuntiationis*, *Visitationis*, *Purificationis*, *Inventionis pueri*, *Compassionis* & *Assumptionis*, quoad textum & notam; quod servari potest pro Sabbatho extra *Adventum* & *Quadragesimam*, quando non occurrit festum.

Vivit usque hodie, alia versans manibus, in prædicto *Lipzensi* Gymnasio, cum magna vitæ fama & suæ gloriæ, annos natus XLVIII. sub *Maximiliano* Imp. & *Leone* PP. anno 1514.

ANGELUS DE DEBELIN, natione *Alemanus*, XCV,
patria *Debelensis*, studio & disciplina *Erphordensis*, professus
conven-

conventus *Grimmensis*. Theologiae Magister eminentissimus, qui personaliter in Concilio claruit *Constantiensi*, in quo & Sermones ad Clerum atque patres habuit celeberrimos, & adeo igneos & elegantes, ut *Papa* eum concinantem audiens, inquisierit, quod esset nomen ejus. Et responsum reddentibus, *Angelus*; vere, inquit, *Angelus*: quoniam ut angelus loquitur. Scripsit Lecturas super Logicam; Item super libros sententiarum. Claruit Anno Domini 1409. Epigramma ipsius:

*Angelus iste quis est, aut quis status ejus, requiris,
Hic est status ejus, sacrae paginam profitetur.
Consilium magni si forte nosti datorem,
Non erit ignotus Angelus iste tibi.*

Cum de re constat, non sit de nomine pugna.

CVI.

JOHANNES KLENCKLOT, natione *Saxo*, patria *Madeburgensis*, ordinis *Heremitarum D. Augustini*, S. Theologiae Professor eximius, Scripsit.

Super Epistolas Pauli.

Super *Speculum Saxonum* lib. 1. Ob quod scriptum pulsus est civitate.

CVII.

JOHANNES DE OLFEN, natione *Teutonicus*, patria *Ostrofrancus*, Ordinis *Minorum* de observantia, conventus *Kemnicensis*, vir in secularibus literis apprime doctus, & in divinis literis ac jure Canonico peritissimus, adeo utriusque judicis subtilitatibus illuminatus atque imbutus, ut alter *IOHANNES ANDREAE* diceretur. Hunc concionantem & perorantem ad fratres semel ille doctissimus ac sanctae memoriae pater *Oliverius* audiens, & admirans, ad eum inquit: *Bone fili, multas ingenii dotes habes, & multa adhuc in sacro nostro Ordine factururus es.* Scripsit:

Summam de casibus Episcopis reservatis, quoad fratres Mendicantes.

Summam & aliam de iisdem casibus.

Præce-

Præceptorium utilissimum.

Declamationes sive expositiones super Arborem consanguinitatis & affinitatis *Ioh. Andree.*

Super arbores consanguinitatis & affinitatis & cognationis spiritualis mirabile opus per figuras. Moritur A. D. 1502. sepultus in conventu *Kemnitzensi*, ubi & claruit.

MATHIAS Döring, natione *Alemanus* ex *Prignicia* **XCIIIX.**
Marchiæ Brandenburgensis tetritorio, oppido *Kyritz* oriundus
Fratrum *Minorum* provinciæ *Saxonia* quondam Minister, vir
in divina simul ac humana Philosophia apprime doctus, sacra-
rum literarum Professor *Erfordiensis* eruditissimus, & decla-
mator sermonum egregius; Scripsit nonnulla præclara, quæ
ejus multi jugam doctrinam plane testantur; è quibus subje-
cta feruntur:

Super *Esaïam* Prophetam opus grande.

Defensorium Postillæ *Nicolai de Lyra* contra *Paulum Burgensem*: additiones videlicet in vetus & novum Testa-
mentum.

Super Sententiarum libros lib. 1.

Dialecticam utilem admodum. lib. 1.

Sermones quoque tam ad populum quam ad clerum edidit.
Claruit temporibus Concilii *Basileensis*, quod sua præsentia
& doctrina decoravit; ubi etiam ab ea parte Ordinis, quæ
tunc adhærebat Concilio in Generalem Magistrum electus,
& per dictum sacrum Concilium confirmatus fuit. Sed po-
stea tam huic, quam causa Ministeriatus *Saxonia*, officiis li-
bere cedens, reliquam vitæ suæ in sacris meditationibus
transegit in conventu *Kyritzensi*, sepultus ibidem in choro.

JOHANNES de MINDA, natione *Alemanus*, Or- **XCIX.**
dinis *D. Francisci* provinciæ *Saxonia* Minister, in sacris lite-
ris non mediocriter doctus, sermone Scholasticus, & de-
clama-

clamator sermonum egregius, scripsit quædam utilia & præclara opera, è quibus subjecta extant:

Super Evangelia commentaria,

Super Epistolas Pauli commentaria.

Super libros quoque Sententiarum.

Claruit A. D. 1450. tempore Concilij *Basiliensis* & *Engenij* IV.

C.

HENRICUS BUNNEMAN natione *Alemannus*, Ordinis fratrum *Minorum* Philosophus & Theologus acutissimus, volumen scripsit egregium super libros sententiarum, in quo ingenii sui dotes gloriose ostendit.

CI.

JOHANNES CRYNITZ, natione *Alemannus*, Ordinis D. Patris *Francisci*, vir spectatæ doctrinæ, & Theologiæ interpres doctissimus, & excellens verbi Dei concionator, scripsit:

Sermones de tempore. lib. I.

Sermones de Sanctis. lib. I. & alia.

Claruit Anno Domini 1460.



INDEX.

INDEX SCRIPTORUM ALPHABETICVS.

A.		<i>Georgius Morgenstern.</i>	52.
<i>Andreas Bodenstein.</i>	84.	<i>Georgius Otter.</i>	30.
<i>Andreas Crappus.</i>	85.	H.	
<i>Andreas Gerersdorff.</i>	12.	<i>Helmoldus Glodenstede.</i>	13.
<i>Andreas Rudiger.</i>	28.	<i>Henningus Bode.</i>	18.
<i>Angelus de Debelin.</i>	95.	<i>Henningus Hildesheim.</i>	19.
<i>Antonius Abbas Cellensis.</i>	70.	<i>Henricus Aquilonopolensis.</i>	88.
<i>Arnoldus Westphal.</i>	20.	<i>Henricus Bunneman.</i>	100.
B.		<i>Henricus Greve.</i>	60.
<i>Balthasar.</i>	33.	<i>Henricus Lur.</i>	3.
<i>Burchardus Horneck.</i>	86.	<i>Hermannus Trebelius.</i>	79.
C.		<i>Hieronymus Dünkersheim.</i>	94.
<i>Christianus Burcksleve.</i>	47.	<i>Hieronymus Schenck.</i>	87.
<i>Christophorus Cupinerius.</i>	53.	I.	
<i>Christophorus Scheurlin.</i>	83.	<i>Iacobus Barinus.</i>	36.
<i>Christoph. Schonefeld.</i>	56.	<i>Iacobus Radeviz.</i>	17.
<i>Christophorus de Suchen.</i>	66.	<i>Iodocus Isenacensis.</i>	89.
<i>Christophorus Thimonis.</i>	32.	<i>Iodocus Osiliensis Episc.</i>	24.
<i>Conradus Noricus.</i>	59.	<i>Ioh. Babenberg.</i>	93.
<i>Conradus Soltavv.</i>	38.	<i>Ioh. Brundeman.</i>	40.
<i>Conradus VVympna.</i>	75.	<i>Iohannes de Breitenbach.</i>	42.
E.		<i>Ioh. Crynitz.</i>	101.
<i>Erasmus Frisner.</i>	35.	<i>Iohannes Currificis.</i>	58.
F.		<i>Ioh. de Eberhausen.</i>	51.
<i>Fabianus Funck.</i>	78.	<i>Ioh. Fabri.</i>	50.
<i>Fridericus Erlenbach.</i>	44.	<i>Iohannes Heberer.</i>	5.
G.		<i>Ioh. Hoffman.</i>	16.
<i>Goorgius Bredekopf.</i>	62.	<i>Ioh. Honorius.</i>	63.
<i>Georgius Dottanius.</i>	49.	<i>Ioh. Kanneman.</i>	46.
		I 2.	Ioh.

Joh. Klenklot.	96.	Michael Schmeltzer.	68.
Johannes de Kitscher.	92.	N.	
Johannes Küne.	43.	Nicolaus Kindelman.	14.
Joh. Kurlbeck.	25.	Nicolaus Lackman.	45.
Joh. Landholtz.	76.	Nicolaus Symlavv.	4.
Joh. de Minda.	99.	Nicolaus Stor.	2.
Joh. Monsterberg.	1.	Nicolaus VVeigel.	18.
Johannes de Olffen.	97.	O.	
Johannes Pals.	91.	Otto Beckman.	82.
Johannes Pelyk.	54.	P.	
Joh. Fermeter.	29.	Paulus Riparius.	72.
Joh. Preslavitz.	9.	Petrus Herph. <i>las Trifburg</i>	7
Johannes Ratisbona.	10.	Petrus Kefe.	37.
Johannes Res.	90.	Publius Vigilantius.	80.
Joh. Tuberinus.	65.	S.	
Joh. VVeise.	6.	Silvester Archiep. Rugensis.	23.
Joh. VVideman.	39.	Simon Pistoris.	57.
Joh. VVissenburg. <i>Wissenburg</i>	22.	Stephanus Fortuna.	26.
Johannes Zache.	15.	Stephanus Gerst.	55.
L.		T.	
Leonhardus Steinmetz.	69.	Theodoricus Burcksdorff.	21.
Ludigerus Abbas Cellensis.	73.	Theodoricus Kolberga. <i>Kolberga</i>	8.
M.		Thomas Kalisser. <i>Kalisser</i>	11.
Magnus Hundt.	48.	Thomas VVernheri.	34.
Martinus de Lochavv.	67.	V.	
Martinus Mellerstadt. <i>Mellerstadt</i>	31.	Vincentius Gruner.	27.
Matthaus Monachus.	74.	Virgilius VVellendorffer.	61.
Matthias Dorink.	98.	VVenceslaus Budevveiß.	41.
Matthias Funk.	77.	VVolfgangus Schindelcr.	64.
Michael Meurer.	71.	* * *	

F I N I S.





Jon. Ic 7315

ULB Halle

3

001 575 465



VD77





SCRIPTORUM
QVI IN CELEB
PRÆSERT

LIPSI
WITTENBE

FRANFORDI
ODERA

ACADE

A fundatione ipfarum,
Christi 1515. flo

CENTUR

ab
AVCTORE EIVS TE
NYMO CONCI

nunc ve

IN LUCEM

JOACHIMO JOHAN
HANNOVER

HELMAES

Typis & sumptibus HENN
ACAD. IVL

Anno 1710

